RB171,155

LIBRARY
of the
UNIVERSITY
of
TORONTO

1326030

R. 2372

Z. 103

Ricardi I, 27:
"Quest'opera, sebbene di non molta
importanza scientifica, è
assai rara."

STILLMAN DRAKE

Franc.

TABVLAE REGIAE

DIVISIONVM DVODECIM PARTIVM COELI,

Et syderum obuiationum, ad mentem Ptolemæi; Ingenio, & labore

P. FR. HILARII ALTOBELLI SENIORIS
De Montechio, Nobil. Auximani, Ordinis Min. Conu. Philosoph. & Theol. Doct. Matheseosq; Studiosi,
ad vsum facilem redactæ.

...um cæteris comparatas, solas Iatromathematicis per necessarias euidenter ostenditur.

...nt Horaria tempora. Doctrina Ptolemæi de syderum occursu illu- ...Restituta, Adaucta, Vsuq; ipsarum breui, plano, ac nouissimo.

...ACERATÆ,
...raphia Io. Baptistæ Bonomi. M. DC. XXVIII.

Cum Licentia DD. Superiorum.

In Opere de Duodecim Domorum Cœleſtium diuiſione, à P. Magiſtro Hilario Altobello, altè quidem, & bellè, nec ſine labore maximo elaborato, à me diligenter, Iuſſu Illuſtriſs. D. CARDINALIS Aſculani, Antiſtitis Maceraten. perlecto; nihil à Fide diſſonum, nihilq; à rectis moribus abſonum reperij. Imò HILARIANVM hoc Opus, hilari fronte ab Aſtronomis omnibus (ſi in apertum proferatur) amplectendum fore, cenſeo. In Collegio Seminarij Maceratenſis, hac die 28. Iunij 1627.

Ego D. Carolus Balduinus Rector; Aſtronomiæ ſtudioſus.

Ego Anſouinus Talianus I.V.D. & Aſtronomiæ Profeſſor.

Ex fide, & relatione huiuſmodi virorum in Arte peritorum, Ego Fr. Paulus Nicolaus Ordinarius Librorum Reuiſor, opus prædictum edendum poſſe iudico. Imprimatur, *&c.*

Imprimatur. Antonius Franciſcus Pelicanus Vicarius Generalis.

Ego Leonardus Mancinellus Can. Maceratæ, & librorum Reuiſor Off. Deput. vidi ſupradictum librum, & nihil in eo inueni, q Fidei Catholicæ, vel bonis moribus aduerſetur.

Imprimatur. Fr. Angelus Ludouicus de Bononia Lector, & Officij Maceratæ.

F. FELIX FRANCESCHINVS CASS
Doct. Theol. totius Ord. Min. Conu. Miniſt. G

VT opus inſcriptum Tabulæ Regiæ, Diuiſionum duod Cœli, &c. labore, ac diligentia R. P. Mag. Hilarij Montechio noſtri Ord. affabrè compilatum, & probatorum ſtigatione, ac examine comprobatum; Typis demandari ſentes licentiam elargimur. In fide, &c. Romæ 3. Iulij

Fr. Felix Generalis.

F. Franc. Innocentius de Capranica

MO MO

ILLVSTRISS. ET REVERENDISS. D.

D. FRANCISCO BONCOMPAGNO

S. R. E. CARD. PRINCIPI AMPLISSIMO

ARCHIEPISCOPO NEAPOLITANO

PATRONO.

POST tot ingeniorum bella (Illuſtriſsime Princeps) inter Viros ſapientes de diſtributione partium Cœli in duodecim harmonicas portiones; tandem abacus huius exigui Voluminis ,eam, quæ litibus, pugnæ, & argumentis omnibus finem imponet, ſententiam oſtẽdit . Opus quidem ſubtile, ſublime, implicatum , laborioſum ; ita vt plurima Virorum doctiſſimorum præclara ingenia , ad interuallum pluſquam mille annorum,optatum,certumq́;punctum attingere nequiuerint ; quod eueniſſe cenſendum eſt,tum ex profunda, latenteq; doctrina Ptolemæi eiuſdem traditionis , quam neq; illi , qui cum laude in eius ſcola verſati ſunt, intelligere potuerunt; tum etiam ex obliquo inceſſu Zodiaci,qui vbiq́ue , & vndequaq́; inæqualibus temporibus reuoluitur , quem ad rectũ perinde,ad ęqualiaq́; interualla redigere, videbatur impoſſibile . Hinc tanto tempore dimicatũ eſt inter Aſtronomos primi honoris diſſidentes non ſolum à Ptolemæo,ſed etiam inter ſeſe;cum diſcordia ſempiterna, maximaq́; cum iactura Artis Medicæ , cum ad illius complementum ſpectet eiuſmodi Cœ-

lorum iusta diuisio; propter quam inter to Viros ingenio præditos, ego (absit iactantia) hoc æuo, inuis penetraui inceſſus, profunda ſcrutatus ſum, & abſcondit; produxi in lucem, in deſtituto loco. Agrimenſores circa obiectum quod vident, ac tangunt fallunt, fallunturque ſemper ſaltem tantillum; Calles autem tortuoſos ampliſſimi Cœli obiecti remotiſſimi, in æquas partes ad minutum vſque diudere; opus proculdubio eſt inuſitatæ admirationis. Licuit qudem Archimedi Siracuſano prægaudio publicè inſanire poſt inuentũ auri furtum ab Aurifice factum ex regia Hieronis Corona Dijs ſacranda, & eſclamans aiebat, inueni, inueni. Idipſun audeo, & ego apud Viros doctos; quod veram partiũ Cęli diuiſionem Aſtronomicam, tam diù latitantem, nunc inueni. Quamobrem partum hunc Mundo recentem, ablutum iam, ac nitidum, felicem facere cupiens ſub Patrocinio alicuius Principis ſtatuẽdum eſſe cenſui; Veruntamen de Patrocinij nuncupatione mecum diſſerens, tutum non videbatur (Illuſtriſsime Princeps) Patrocinium tuum, duabus reluctantibus in te manifeſtis affectionibus; quarum altera eſt, Pietas Chriſtiana erga ſacroſanctæ Fidei candorem vehementer excedens; altera verò aduerſus Genethliacam vanitatẽ ab Eccleſia Dei alienã; cuius ſtudiũ apud te sẽper æquè vanum, ac exoſum fuit; talis autem partium Cœli diuiſio, videtur ad exercitium eius præparatio; hinc pro amore, odium, pro gratia, iram, & pro tutore offenſorem comparare arbitrabar. At melius rem expendens, eandem numerorum coordinationẽ Aſtronomicam, eſſe primò conſtitutam ad hominum vtilitatem, & ad virtutum exercitia, facilè diſcerni poſſe perſpexi: multa.n. ſunt inuenta ab hominibus ad virtutũ exercitamenta, quæ culpa malorum ad vitia flectuntur. Nam Medicina Venefici, Diuitijs Auari, & Prodigi; Armis, Viri ſanguinum abutuntur.

tur. ita Cœli diuiſionem noſtram temerè adhibent vani homines, ad vanam euentuum futurorum diſquiſitionem : ſed Iatromathematici ad ſalutem humanorum corporum vtũtur, ac vti debent docente Galeno lib. 3. de diebus Decret. quòd poteſtates dierum Criticorum fiunt ex peragrationibus Lunæ ad angulos plenos. Et in eodem libro, hortatur ægrotos ne ſe ſubmittãt curæ Medici earũdem rerũ imperiti. Idem Scot. 2. ſent. diſt. 14. & Auguſtinus de Ancona de Poteſtate Eccleſ. q. 109. probat Medicos Aſtronomiæ ignaros peccare mortaliter. Quapropter huiuſmodi Cœli diuiſio primò, & principalirer ad perfectionẽ Artis Medicæ adinuenta eſt, & ſemper pro excellẽtiori intelligi cẽſendum eſt. Quod ſi ad vanitates genethliacas adhibeatur fit ſpuria, & abuſus. Neq; talis diſtinctio ſtationum Cęli numeralis aduerſatur ſacroſanctæ Fidei Catholicæ, imò potius cooperatur quodamodo ad eius dilatationem, cum ſit verum Phyſicum numerale, vniuerſitati gentium cõmune, quod paucis retroactis annis, valuit tanquàm medium ad propagandam fidẽ inter Barbaras Nationes; cum Patres ex Societate Ieſu non ſolũ acceſſum, ſed etiam congreſſum, apud Potẽtiſſimum Sinarum Regem, aſtrorum libo cõſequuti ſint. Cũ igitur opus hoc Aſtronomicum ſit Medicæ Artis complementum, ſitq; ad laudandũ Creatorem Cœli adinuentum, ac doctè elaboratũ, audacter ſub Patrocinio tuo, ſpe protectionis exponere libuit; addens quòd ſi non feciſſem, cu[illegible] ingenti dedecore defeciſſem; tum ex ea beneuolentia quã mihi oſtendiſti ſingularem, tum etiã ex rei cõgruẽtia erga nobiliſſimam, & de Republica Chriſtiana optimè meritã familiã de Boncompagnis, quæ nominis immortalitatẽ per vniuerſum Orbem adepta eſt, ob reformationem Anni Iuliani, & Kalendarij Eccleſiaſtici reparationem, tãto cum labore per duo circiter præcedentia ſecula quæſitã, ac diſcuſſam, &

Gre-

Gregorius XIII. fel. rec. Monarchiæ Romanæ decus, iuſſit perfici, & compleri mandauit. Iacobus verò Boncompagnus Dux Soræ extulit Ioãnem Antonium Maginũ in Almo Bononienſi Gymnaſio, in Primarium Mathematicũ, qui ſub auſpicijs eiuſdem Męcenatis, elaborauit, ac eliminauit duo volumina ſecundorum mobilium corporum Cœleſtium iuxtà coperniceam reſtitutionẽ. Si igitur Principes ex eadem familia fuerunt in cauſa, vt Aſtronomica ſcientia per totum Orbem terrarum, ſit illuſtrata, decebat has Tabulas Aſtronomicas ob connexionẽ quã habent (tanquàm pars cum ſuo toto) cum eiſdem Tabulis temporum, & motuum, in lucem prodire ſub nuncupatione, ac tutela Principis progeniti ex ſanguine de Boncompagnis. Fauet autem nũchuiẽ negotio Deus, cum in tota Republica litteraria feliciorem, ſublimioremq; intellectũ te, nequiuiſſe me inuenire exiſtimo. At ſub ſilentio prætereo ſciẽtias diuinas, & humanas, quibus egregiè, eruditè, & eminenter es decoratus, nè vanum auribus pruritum excitare videar, Corq; ingenuum modeſtiſſimi Principis veluti Aſſentator, conturbare. Libuit autem has Tabulas Regias dicere, tùm quia verè prodeunt ab ipſo intellectu Ptolemæi Regis, harum rerum primarij Columinis, vt iurè opus Regium dicatur, & in obſequium Regum, Principumque poſteritati in hęreditatem traditum. Regiæ quoq; meritò nuncupandæ ſunt, quia inter tot varias Veterum adinuentiones eiuſdem rei, hæ ſolæ primarium locum tenent: ad quam veritatem intuendam, adiunxi in libro Speculum, quod oculis ſenſus prodit fallacias omnium, & concordantiã huius inuentionis, cum abaco Ptol. vt nulla ſit amplius hæſitatio de veritate tantòpere, tantòque tempore quæſita. Tandem Regiæ ſunt, quoniam non ſolum exibent duodecim Cœli loca exquiſitè diuiſa; ſed etiã earum beneſitio perfici poſſunt omnes operationes

nes primi mobilis, temporum nimirum, ac motuũ. Aſcenſiones Rectas, & obliquas, deſcenſioneſq; ſupputare; quòd à nemine ab Orbe condito inuentum eſt. Supelx igitur, & enixè rogo, vt non egrè feras, accipere munuſculum hoc in teſtimonium obſeruãtiæ meæ; cuius enarrationes adeò ſunt breues, vt eas vnica tantum celeri lectione percurrere valeas, quæ poſtea reliquarum virtutum non impedient tua præclara exercitia in promotionem ad ſalutem animarum tibi commiſſarum; quæ pluſquam ſacra Purpura te beatum facient. Vale. Et ſubmiſſus oro, vt protegaris ab illius brachio potenti, qui eſt, qui erat, & qui venturus eſt, in omni ſtatu, in quo es, & in quo futurus eris. Dabantur Montechij xv. Kalendas Iunij Anno ſalutis. M. DC. XXVIII. à Reſtitutione Kal. Gregoriani xlvi

Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. V.

Submiſſus, deuinctiſſimus, obſequentiſſimuſq; ſeruus

Fr. Hilarius Altobellus.

Perilluſtris, ac Admodum R.D. Pauli Æmilij Galli Archipræsb.
Auximani celeberrimi I. C.
Magiſter Ilarius Altobellus Senior.

ANAGRAMMA.

Mons Regius alter es, bis vtilior illo.

Perilluſtris, ac Adm. R. D. Venantij Argentei Canon. Penit. Camerin.
Magiſter Hilarius Altobellus Senior de Monticulo.

ANAGRAMMA.

Mens, laus, honor, virtus, gloria, iubilatio, lac, mel eſt.

Perilluſtris, ac Adm. R. D. Io. Antonij Caldori Canon. Fabrian.
Magiſter Hilarius Altobellus Senior.

ANAGRAMMA.

Oh illuſtrans Orbem, laus eris Italiæ.

EPIGRAMMA EIVSDEM.

AEternam Patriæ famam Altobelle dediſti:
Fitque tuo Picens clarior ingenio.
Nam ſolus menſus, celſi Palatia Cœli.
Sydereas toties, iſque rediſque vias.
AEthera conſtendit, rapuitque Prometheus ignem;
Lucem tu reperis, reſtituiſque Polis.
Ergo te meritò, tua nomina læta ſalutant;
Oh illuſtrans Orbem, laus eris Italiæ.

Adm. R. P. Magiſtri F. Angeli Belhominei Auguſtiniani Firmani.
Pater Magiſter Hilarius Altobellus de Monticulo.

ANAGRAMMA.

Tu noſter ille Olor, perlaudabilis Mathematicus.

Perilluſtris D. Antonij Mariæ Blanchi I. C. de Montechio.
Magiſter Hilarius Altobellus Senior de Monticulo.

ANAGRAMMA.

Vbi tibi in terris de alto mollis Roſa? Cœlum? Angelus?

EPIGRAMMA.

O Roſa, quæ Patrio viſa es de ſtemmate naſci;
Aſtra tibi radio lucidiore micant;
Nam potes æternos Cœlorum noſcere motus,
Atque indefeſſi diſcere ſolis iter.
Angelus aut Cœlum tibi detigit ardua Cœli;
Non eſt humani pectoris iſta loqui.

TABVLAE REGIAE,

DIVISIONVM DVODECIM PARTIVM Cœli, ac syderum obuiationum ad mentem Ptolemæi.

R. P. MAGISTRI FR. HILARII ALTOBELLI; Senioris, Ord. Min. Conu.

De Erroribus Astronomiæ incautè [illegible]nissis. Caput Primum.

Quod est Proœmium.

IN totius Mundi vniuerso ambitu nihil pulchrius, nihil iucundius, nihilq; admirabilius mortalium oculis obijcitur, quàm sublime Cœlum, perpetua luce Solis, & Lunæ consperſum, innumerisq; perlucentibus lychnis decoratum. Porrò lucentia corpora pul- per totum tentorium diffundunt, eorumq; [illegible]tes iucunditatem, & gustum; varij autem circuitum incessus, ac si fierent in implica- admirationem pariunt. At quod mortales [illegible]ortalibus oculis, ad immensam interca- [illegible]erra constituti, illos inaccessibiles syderum

meatus ausi sint intueri, explorare, ac eorum ordinem, loca certa, tempus certum, certaq; itinera, tantaque certitudine metiri, vt ad ipsorum mortalium imperium, & iussum moueri videantur, & fulgorem vndequaque expandere: hoc non solum admirabilius, sed etiam incomprehensibile pluribus sapientibus, nedum rudibus visum est; tametsi eorum visus non latebant errantium congressus, & vtriusque luminis tenebras conspicere poterant, cum eodem temporis momento lucem amittant, quando ad comparendum velata facie coram toto orbe à sapientioribus quasi per schedulas citati fuerint. Fuerunt ne Dij gentium tantæ auctoritatis, ac dignitatis? Quapropter si iudicio Aristotelis [illegible] scientiarum parentis, sententiam amplecti lib[illegible] initio primi libri de anima, eam declarat dig[illegible] sciplinam, quæ circa obiectum nobilius vers[illegible] veritates per demonstrationes euidentes ac certè astronomica facultate nulla dignior, n[illegible] bilior, cuius præclarissimum obiectum e[illegible] lum, mobile, rutilũ, cuius veritates † natura[illegible] li sensus intuentur. Meritò igitur tot ing[illegible] verbis, & calamo, pompa rethorica, hyper[illegible] ralibus disciplinis omnibus eam pertulerun[illegible] æuo, in omni natione, in omni totius orbis[illegible] que ad extrema Sinarum Regna sapientiss[illegible] celebrarunt, coluerunt q; cuius extrema la[illegible] namenta vrgent nos ad deponendum calam[illegible] ingenium nostrum, neque altiora attingen[illegible] que plura addere deceat. Veruntamen in[illegible] mur (proh dolor) si tàm certa, si tàm iuc[illegible]

† *Vt sũt Eclypses &c. huiusmodi*

honorabilis est syderum notitia, cur facta est exosa, ac odibilis apud prudentiores, præsertim Italos, & inter eorum progymnasmata? Apud quos scientiarum, & virtutum omnium studia, ac exercitia vigent; Cuius rei causas profundè scrutantes, has, quas inferius enarrabimus, detegimus. In naturali Mundi sphæra solida, pars Itala Europæ, leonina minima portio, coniuncta est per naturæ subligaculum harmonicum cum signo Leonis igneo, quod in degentes, & incolas, siccitatem inducens, inclinat ad prædominia, & regna, atque perinde Regibus, ac Dominis existentibus, syderum notitia est inimica, non quatenus virtus est altissima, sed quatenus habet Argum ducem temerarium, secreta eorum temerè proscribentem, & regnandi viam alijs indicantem: hinc factum est, quod semper vetita sit coram populo, & semper recepta in occulto, ad instar robusti, audacisque extorris, quem ob valorem eximium intra propria cubicula admittimus, benigneque tractamus contra decreta Principis; ita syderum notitia, licet vetita sit, retinebitur tamen semper (inquit Tacitus) in Ciuitate nostra. Habet insuper Italia Sedem Pontificiam auctoritate diuina constitutam, ac decoratam, ad quam spectat Christianæ Fidei candorem conseruare, tuerique, ne inficiatur ab ea gentilium doctrina, quæ olim Idola syderum, omni vacua deitate, adorare impiè docuit, & tanta cum Martirum sacrati sanguinis effusione, ipsa Sancta Sedes deleuit, destruxit, & ad nihilum redegit. Caue-req; debet, ne humana libertas, ab influxu syderum exempta labefactetur, vel ex simplicium ruditate, vel ex Professorum imperitia, ac tenuitate, nescientium distingue-

Sedes Pōtif.

re cogentes cauſas,ab inclinãtibus,vix phyſicè conceſſis, humano inconſtanti,ac perplexo iuditio per coniectationes.Commendatur autem ab eadem ſacra Pontificia auctoritate, quatenus naturalis eſt, verſaturq; circa motus corporum cęleſtium,& circa eorum influxus cõiectabiles per ſyderum recurſus Hiſtoricos, & naturales in ipſa elementa, vel elementorum mixta, vt iudicium adhibeatur ad corporum hominum vtilitatem, & non vltra. Quamobrem ex hoc ſyderum infelici exercitio plurima, enormiaque ſucceſſa ſunt incommoda cum diſcrimine eiuſdem admirabilis diſciplinæ interitus. Cum enim adimat in primis ſpem opum, auri, & gloriæ, excitetque ſæpe Principis iram,in cauſa eſt, vt præceptores, & profeſſores defecerint, atque deficiant circa eius ſtudium, quod ex magnitudine obiecti, ac difficultate poſſidendi, innumeros requirit Argos, ac Briareos, intellectus nimirum ſublimes, ingentiaq; organa, quorum defectus peperit ignorantiam, quæ exiſtimationem eius vertit in contemptum, ſicut ignarus Medicus tranſit in veneficum. Antè Alphonſum Regem, qui floruit anno Domini 1250. penè interierat Aſtronomia, quia loca conſignata à Ptolemæo annis 140. poſt Chriſtum Dominum ſydera præterierant ad interuallum annorum 1110. cum eorum ſiſtemata perpetuò adæquata minimè inuenirentur: ſed poſt aliqua ſecula exorbitant niſi corrigantur; ignoratis autem, vel ſpretis motibus, omnia vana fiunt per conſequentiam. Quod expendens Alphonſus Rex, reſtituit quantùm potuit luminarium, errantium, & affixarum ſitus, non per obſeruationes, cum inſtrumentis,ſed per proportiones motuum,ac temporum,

Alphõſus Rex. Ptolemæus.

porum, quod æquebenè non ſucceſſit, cum à veritate adhunc enormiter diſtarent: Vidimus enim noſtro æuo in ephemeridibus, ex Tabulis Alphonſi depromptis Martem, Venerem, & Mercurium diferre à calculo Copernicco ſex, vel ſeptem gradibus; ſed Nicolaus Cuſanus Cardinalis, qui floruit ſub Nicolao Quinto Sum. Pont. circa annum Domini 1447. videns Tabulas Alphonſinas enormiter erratas, correxit, detexitque errores luminarium, & Planetarum omnium, vt eſt videre in tractatu, quem fecit de reparatione Kalendarij. Alphonſus Rex non habuit immediatè ante ſe Aſtronomiæ primarium diſquiſitorem, niſi annis retroactis, vt ſupra 1110. Ptolemæum Regem, qui vixit annis 140. vt dictum eſt poſt Chriſtum Dominum, & poſt ſe immediatè habuit Nicolaum Copernicum Turonenſem Aſtronomum primarium, qui floruit circa annum Domini 1525. & poſt Alphonſum 275. Hic Copernicus, ex obſeruationibus ſyderum per inſtrumenta reſtituit loca corporum cœleſtium, & loca planetarum conſignauit quamproximè per ſuas Tabulas Prutenicas, ſed in motibus luminarium defecit pluſquàm Alphonſus, vt Auctor Aſtronomiæ inſtauratæ exponit ad oculum, per collationem cum ſuis obſeruationibus certiſſimis, exactiſſimiſq; primo libro progymn. pagina 107. vbi conſpicitur, quòd in ingreſſu Solis ☌ quatuor Cardinalium puncta, differt calculus Copernicus per 12. vel 15. ferè horas, & futuro anno 1700. deprehenditur differentia interdum 24. & 27. horarum ferè. Copernico ſucceſſit Thico Brahæ Auctor Aſtronomiæ inſtauratæ, qui per organa vetera, & recenter per plura ab eo adinuenta adhibitis quamplurimis

Card. Cuſanus.

Nicolaus Coper.

Thico Brahæ

plurimis auxiliarijs obſeruatoribus in ſelecto loco Vraniburgi Aſtronomiam omnibus numeris, & numerorũ fractionibus primis, & ſecundis citrà omnẽ fallaciam reſtituit, & impreſsã Heredes ediderũt anno Domini 1602. cum ipſe deſijſſet eſſe in humanis anno 1601. quod nos teſtamur ex pluribus vtriuſque luminis defectibus obſeruatis, qui iuxtà eius Calculum, ac temporis conſignationem coinciderunt, vſque ferè ad minutum; ex Calculis verò Alphonſinarum, & Copernicarum per integram ferè horam exorbitarunt. Vah quantum errauerunt homines in luminarium, & errantium motibus. Etenim patria noſtra vulgari Italica nomenclatura nuncupatur Montecchio, reliquiæ vetuſtiſſimæ Traianæ in Piceno apud Ptolem. apud Plinium Trianæ; concordat ferè cum longitudine Vraniburgi 36. 0. cuius Poli Altitudo eſt gradi 43. 5'. ſita in meditullio Prouinciæ Marchiæ Anconitanæ.

Tabulę erratę.

Reliq. Traianæ.

Cum igitur per tot ſecula fluctuarit Aſtronomica, & mendax tanto tempore peragrarit totum Orbem, quot modis, quot locis, quot vicibus, quot cum temerarijs, vel ignaris amatoribus inuerecunda, fronte perfricta fornicata eſt? Nunquam, nullibi, nullis (antè Thiconem, & à Ptolemæo poſt aliqua ſecula) annuam veracem reuolutionem dedit, neque euentuum verum tempus conſignauit, non ipſa, non ſua dilectiſſima filia Aſtrologia; vtraque enim pauit curioſos mendacijs, & adulationibus, ſi autem interdum mendaces non fuere, ſors fauit, vel caſus, vel per accidens congruentia ſyderum ad illa puncta, & non docta, ac naturalis coniectatio. An igitur hæc falſaria non fuit in cauſa vt fierent Aſtro-

loga-

logaſtri, odibiles, exoſi, extorres ? Quibus erroribus etiam Ioannes de Regio Monte Francus, qui floruit circa annum Domini 1473. cum ſuſpicaretur fallacias euentuum non deriuari ab ignorantia locorum ſyderum, ſed à ſupputationibus non ritè adminiſtratis propter latitudines Lunæ, & Planetarum neglectas, adiecit ſuas inuentiones aſſumendi latitudines, & omnem ſibi cohærentem poſteritatem decepit, ac errare fecit homines in inuio, & non progredi in via, vt oſtenſuri ſumus ſuo loco. *Regio Mõtanus.*

At potiſſimam cauſam maioris falſitatis eius non diximus, incongruam formam ſcilicet conſtruendi figuram cœleſtem, quæ ſyderum fortitudinem, ac debilitatem cum ſuis accidentibus refert; omnes enim quotquot tractauerunt de proiectione eius in plano ad congruam magnitudinem domorum iuxtà phyſicam rationem à Ptolemæo traditam, vel errauerunt à longè, vt oſtendemus, vel aliqui à propè, noſtro æuo, qui tamen tabulas ipſarum Domorum cum vſu expedito non condiderunt, & tamen hæc pars in vtraque ſyderum pragmatica, eſt potiſſima, atque cum ipſa Aſtronomia inſtaurata conſequenter coniuncta. Meritò igitur fallax, & fugax tàm in primis, quàm in ſecundis motibus Aſtronomia cum eſſet, vno, & eodem noſtro æuo eius filia fuit explosa, atque damnata à tribus magnis Sixtis, ſcilicet à Sixto Senenſi viro eruditiſſimo in ſua Bibliotheca Sancta lib. 6. annot. 10. à Sixto ab Heminga Medico, & Mathematico præclariſſimo in libro, quem edidit contra Aſtrologiam afferens triginta exempla geniturarum, & per inductionem innumerabilia. Et à Sixto *Sixti tres.*

Quinto.

Quinto Pont. Maximo viro ſummi iudicij per Bullam contra exercentes; cum etiam circa extremum præcedẽtis ſeculi ſcripſiſſet contrà eam 12. libros Ioannes Picus Mirandulanus, & nouiſſimè Pater Alexander de Angelis è Societate Ieſu. Quamobrem à Domino factum eſt, vt in tempore hoc opportuno, quo ipſa Aſtronomia reſtituta eſt, fieret etiam à nobis maxima cum difficultate, & longo labore reſtitutio Domorum figuræ Cęleſtis ad mentem Ptolemæi in Phyſica ratione fundata, quarum condidimus Tabulas ad eleuationes polares totius Europæ ferè, cum vſu facili, expedito, ac delectabili; Vt vndequaque completa Aſtronomia, ab erroribus omnibus vindicata, ac ad priſtinam veritatem redacta, ſtudium eius ab ijs, qui eam ſobriè diligunt, libenti animo complectatur, atque perinde impoſterum non ſint futuri Aſtrologaſtri Aſtronomiæ fallacia, ſed eorum ſegnitie, vecordia, ac inſcitia, neque paſcant homines fuco veritatis, ſed talibus coniectationibus naturalibus, quales ars vera, & ipſa natura præſtare poſſunt, vt non ſint amplius contemptibiles, deſpecti, deiecti, ſed ſint amabiles, ac tanquàm veri Philoſophi honorabiles à populis, à nobilibus, à Principibus, à Regibus. Vt vt enim Italica Natio ſit cęlitùs aliter diſpoſita, veritatem tamen virtuti coniunctam non poterit non diligere, & profeſſores non amore complecti.

Io. Picus.

Reſtitutio Domorũ figuræ Cæl.

Oſten-

Oſtenditur, quòd diuiſio Domorum ad mentem Ptol. ſit de integritate Aſtronomiæ reſtitutæ. Caput Secundum.

Grauiſſimum onus, & hominum viribus omninò impar ſubſtuliſſe videtur magnus ille vir, qui noſtro æuo luminarium Cœli progreſſus, vagorum, affixorumque ſyderum circuitus, & motus proſpicere, obſeruare, numerare, & plus quàm centum Argi oculis [illegible]e, metirique, ac ad regulam poſteritati in hære[illegible]conſignare auſus eſt; atque tàm arduum opus non ſolum Hipparchi, vel Ptolem. qui idipſa cum laude feciſſe memoratur; verùm etiam [illegible]ici Atlantis emulator exiſtens, & ſuſtulit pon[illegible]errigenas vſque fæliciter tranſtulit. Atque [illegible]andum eſt, quòd ſi mors crudelis in eundem [illegible]xtum ſupra ſexageſimum ageret annum, [illegible]inxiſſet, affinem, & coniunctam ſuo obie[illegible]rum affectiones, & vires, ritè ſcrutarentur) [illegible]n diuiſionem per Cœli Palatia, ſuis admiran[illegible]s organis, exactè diſtribuiſſet in æquas partes, [illegible]e docuiſſet. Nunc autem, quid prodeſt cor[illegible]ium itinera ſcire, metiri, & eorum dem mo[illegible], & graduum fractiones adamuſſim nume[illegible]ra eorum quo in loco, vel ſitu proprio ſiſten[illegible]nda ſint ignoretur? Cum Ptolem. præſer[illegible]rorogatorem, vires acquirere, vel langue[illegible]

fieri in genere ſuo, per diſtantiam quinque graduum à locis non Vitalibus, ad cuſpides Domorũ, quas ipſe vitales, vocat, quæ ſolùm à præciſa Domorum diuiſione diſcernuntur. Quòmodo ergo Medici ſua adhibebunt iudicia in ſubſidium ægrotorum cęlitus deſumpta, iuxtà conſilium Galeni lib. tertio de diebus decretorijs? Aut quomodo Nautæ prudentes diſcernẽt pericula tempſtatum, ſi Aſtrorum vires ex eorum ſitibus, neque per ſe ipſos, neque Peritorum conſultatione notitiam certam habere poſſunt? Idipſum de Agrorum cultoribus prudenter agentibus ſentiendum eſt. Sed quod deterius eſt quàm plurimi Mathematici celeberrimi, hanc Ptolem. doctrinam, de mutatione Affectionum ſyderum ad diſtiam quinque graduum à cuſpidibus probarunt maruntq; & tamen relicta Ptolemæi domifica ne, quæ cum eadem diſtantia coniuncta eſt, in tionibus, alias excogitauerunt omninò differen lemęo diuiſiones Domorum; Vel opportebat re nouam doctrinam, dummodo verior, vel niri potuiſſet de prorogatorum auctoritate n domus diſtinguere iuxtà Ptolemęi decreta, ſtà: Amplius quod magis erroneum eſt, quot domiciliorum diſtinctionem adinuene cuerunt, ſunt differentia intollerabili, inter ſ tes, & qui Aſtronomicam facultatem à lon deteriores ſequuntur. Hinc tot errores, t tanta cum iactura huius præclariſſimæ Quamobrem pro complemento Aſtronom reſtitutæ, & prò dignitate eiuſdem facul ſenſio de Domorum diuiſione omninò è m

Medici Aſtr.

Nautæ Aſtrol.

Agricultor. Aſtr.

est, & concordanda, vt ad vnius supremique Principis auctoritatem, qui ad rationes physicas astrorum disciplinam redegit; eisdem, ordine, modo, forma, & fine exercatur, aliorum adinuentionibus vndequaque spretis, quemadmodum in sequentibns ipsa veritas demonstrabit.

Ostenditur, quód ea sola Domorum diuisio, quam Ptol. præsupposuit, est in physica ratione fundata. Cap. Tertium.

MIRATVR vehementer Ioannes de Rojas in sui Planispherij Comentarijs libro 3. cap. 2. quòd cum Ptolem. non solùm restituerit, sed fundauerit facultatem Astronomiæ, & eam partem, quæ ad rationes ritè coniectandi spectat expurgauerit ab erroribus Ægiptiorum, & Caldeorum, redegeritq; quantum fieri potest ad naturales causas, tanquam supremus Magister, & Auctor vtriusque syderum inuestigationis admirandus, & ab ipsa natura prædictarum rerum tanquàm Princeps omnium seculorum procreatus, quem propterea sequuti sunt, & sequuntur omnes quotquot in eadem professione cum laude versati sunt, & versantur; & tamen in doctrina, & pragmatia diuidendi cœlorum partes, nemo recordatus est sui, ac si de huiusmodi diuisione, & confinium Domorum præcisa limitatione versa non fecisset, præter Alphonsum Regem, & Batenum quem- *Io. de Rojas.*

quemdam, licet eadem Ptolemaica positio ante ipsum fuerit vulgata, ac decantata à Manilio viro doctissimo, cuius carmina refert ipse Rojas loco citato. Vt autem sciatur, quòd ea sola est naturalis, & necessaria omnibus, qui egregiè syderum affectiones scrutari cupiunt, eius fundamenta latius hic inferius explicare tentabimus. Ptol. igitur lib. 3. cap. 15. quadripart. in exemplo pluries repetijt, quòd interuallum à cardine orituo, ad Cœli medium vsque, est sex horarum inæqualium, sicut ab ipso Cœli culmine vsque ad cardinem occiduum, à quo, cum in eo initium geminorum reperitur, distat 102. 48. quæ distantia si diuidatur per horaria tempora 17. 8. vt sunt in illa regione, remanent in quotiente sex horæ inæquales, nihil deficiens, nihil redundans; hinc deducitur necessariò, quòd magnitudo cuiusque domus, est duarum horarum inæqualium, ac talis debet esse earum quantitas, ex imitatione naturæ. Etenim Veteres excogitauerunt metiri duorum circulorum motus, per tempus, ad commoditatem omnium gẽtium totius orbis, motum nimirum Æquinoctialis, & Zodiaci; Æquinoctialis quidem, quia, eius partes concipiuntur æquales, quia eius temporis mensura est commoda ad omnium gentium operationes, quia ad eius partes æquales, benefitio temporis, quadam proportione reducuntur motus partium inæqualium Zodiaci; quia tandem eius mensura est facilis, ideò metiti sunt motum eius circularem tempore 24. horarum æqualium, quarum quælibet perpetuò habet quindecim partes. Verùm quoniam motus eiusdem circuli primò, principaliter, & per se non est cum influxu, sed tantùm

Partitio domorum Cœlest. Ptol est sola naturalis & neces.

Vnaq; que Domus est duarũ Horarum. inæq.

Horæ 24. æquales per mẽ suram 15. gr. Æquinoct.

per

per accidens, neque etiam distinguit eius temporis mensura dies à noctibus, ideò operepretium fuit inuenire alium modum metiendi motum Zodiaci, circuli obliqui, a quo tanquam ab actiuo naturaliter principali totius naturæ emanat omnis influxus in viuentia inferiora, vitæ, sensus, & motus; ob id nuncupatur Zodiacus circulus, quia est ex consortio animalium completus, ex imaginibus scilicet viuentium, non enim in eo reperiuntur imagines artificiales, vt Crater, Triangulus, & aliæ huiusmodi, sed imagines animalium, brutorum, & hominum, & mulierum, terrestrium, & aquatilium, perfectorum, & monstrorum. Libra verò inter quæ computatur, spectat ad Virginis signum, à cuius manu suspenditur. Amplius in Zodiaco circulo perpetuò progreditur Sol, cum Luna consorte, ac toto errantium choro, suas exercentium vires, virtutesque influentium, tùm in proprio situ, tùm etiam per congressus, & aspectus inter sese, & cum fixis syderibus, quæ cuncta, & singula etiam in vtroque polo consistentia, ad hunc Circulum referuntur, vnà cum viribus earum tanquàm ad primum, ac supremum naturale actiuum in tota natura. Veteres igitur docuerunt metiri huius circuli motus, tempore horarum inæqualiũ, propter eius obliquitatem, quibus diuiduntur noctes à diebus; dicuntur autem horæ inæquales, quia emergunt perpetuò à duodecima sectione motus, quẽ Sol facit super Terram, & à duodecima, quem facit sub Terra, ita vt tàm dies breuiores, quàm longiores, & noctes itidem diuidantur semper in duodecim partes, & quoniam tempus, vel est motus (vt inquit Aristotiles 3. Phys.) vel non est sine motu,

AEquè noct. nõ distinguit dies à Noctibus.

Planetæ oẽs per Zodiacũ.

Horæ inæquales diuidũt noctes à diebus.

Dies et Noctes in 12. diuidũtur partes.

motu, ideò est consignificatiuum cum motu partium signorum Zodiaci, quibus duæ horæ inæquales tribuuntur. Cum igitur cœlestis figura diuidatur in duodecim domicilia, iuxtà numerum signorum, consentaneum est, vt quemadmodum vniuscuiusque signi motus metitur duabus horis inæqualibus, cuiuslibet domicilij magnitudo sit duarum iugiter horarum inæqualium, vt actio, seu influxus vnius, & eiusdem signi innotescat per eius tempus (quod consignificat) duarum horarum inæqualium, ac per inde ipsa mensura, & res mensurata adhibeantur cum significatis domorum, ad discernendum vires, & qualitates genericas, vel specificas intrà domorum confinia concluſas.

Cœlestis sig. in 12. partes.

Hinc patet, quòd Ptolemæus sequutus est ordinem naturæ, quæ talem magnitudinem requirit in vnaquaque domo, qualem præscripsimus, & earum figurarum domibus, quæ non sunt eiusdem magnitudinis; si quis vtatur in praxi, iniuriam iniungit, & Sibi, & Arti, & Ptolemæo, cuius doctrinam profitetur. Quapropter omnes ingenij vires adhibuimus, vt inueniremus modum constructendi tabulas, quæ præbeant vsum facilem, & expeditum ad referendam syderum constitutionem cum prædicta domorum magnitudine duarum tantùm horarum inæqualium, quemadmodum longo cum labore digessimus, & fecimus; vt in sequenti capitulo ostendemus, & demonstratione ad oculum probabimus.

De

De inuentione magnitudinis duarum horarum inæqualium in qualibet Domo. Caput Quartum.

NON fuit breuis, neque facilis mentis excogitatio in inuentione magnitudinis pro qualibet Domo duarum horarum inæqualium, tùm propter doctrinam Ptol. in libro 3. quadripart. cap. 11. vbi manifestè dicit, quòd magnitudo vniuscuiusque domus est triginta graduum, tùm etiam propter inæqualitatem horarum in vnaquáque domo non conseruatam eandem. Ideò hæc duo dilucidabimus in præsenti capitulo; ex horum duorum enim intelligentia inuenitur modus reducendi ad regulam, & calculum eandem Domorum magnitudinem. Quò ad primum de magnitudine triginta graduum sciendum est, quòd talis magnitudo cuiuslibet domus refertur ad partem duodecimam totius circuli Æquinoctialis, qui in tota sphæra diuiditur in quatuor quartas semper, & vnaquéque constat ex 90. gradibus, qui semper intercipiuntur inter duos Angulos; vnde talis magnitudo intelligitur quasi sphæra quiescente, & hac ratione loquitur Ptol. de Domorum magnitudine cap. citato, sed capite. 15. eiusdem, itidem manifestè dicit pluries, quòd inter Angulum, & Angulum, seu inter duos Angulos, intercipitur interuallum sex horarum inæqualium, quæ in diebus tãtùm Æquinoctiorum sunt 90. gradus, ac perinde tunc duæ horæ inæquales

Vnaquæque Domus est 30 gr.

Prima consideratio vnaquæque Domus refertur ad 12. partem AEquinoct.

les sunt 30. gradus, sicut æquales, sed extrà tale tempus horæ inæquales modò sunt maiores, modò minores dicto numero, & ideò necessariò intelligendum est, quòd loquatur de sphæra, dum est in motu, & influxu nimirum, quòd dum gradus vnius cuspidis mouetur vsque ad aliam cuspidem, transeant per Meridianū, & allabantur gradus duarum horarum inæqualium, seu tanta portio circuli Zodiaci obliqui, quanta per proportionem colligitur in gradibus Æquatoris, vt sit duodecima pars arcus diurni, vel nocturni; Et hec per totum quadrantem non retinet eandem inæqualitatem, quod erat secunda consideratio huius capitis, de qua re manifestè nos cautos facit Ptolemæus cap. citato 15. his verbis. *Perpetuò autem ad illorum hemicicliorum quodcunque* (idest ad cuspides Domorum) *& Horizontem, ac Meridianum, AEquator eodem modo inclinatur perinde, ac si circa illas sectiones conuerteretur. Zodiaci partes contrà, & mutant suam ad quodcunque hemiciclium habitudinem, & inæqualibus temporibus vtrobique transeunt:* Hucusque Ptolemæus. Hinc diuisores Domorum veteres non expendentes prædicta verba enormiter allucinati sunt, tàm qui per circulos positionis diuisiones fecerunt, quàm illi, qui per horaria tempora figuras constructerunt, arbitrantes, quòd eadem horarum inæqualitas esset in qualibet Domo, cum tamen secundum Ptolemæum alia sit inæqualitas domus 12. alia domus 11. tametsi semper ab ortu ad Cœli culmen vsque sit interuallum sex talium horarum. Sicut viator, qui debet perficere iter trium dierum, vna die celerior altera perambulat, perficit tamen tertia die suum iter trium dierum. Ex hac igitur

2. Consideratio.

Ptol. verba.

Allucinatio veterũ in domorũ diuisione.

dilu-

dilucidatione facilè inuenitur modus supputandi tabulas, quæ præbeãt propriam magnitudinem duarum horarum inæqualium vniuscuiusque domus; licet opus sit laboriosum, & longum, vt ex capite sequenti deprehendetur.

De vera Magnit.ᵉ Dom.ᵘᵐ duarum tãtùm horarũ inæqualiũ inuẽta. Caput Quintum.

CVM iam habeamus ex capite præcedenti, quòd *Partes Zodiaci absumũt 6. Horas inæquales quarũ beneficio inueniuntur Cuspides domorum cum A. R.*
nnes partes Zodiaci antequam ab ortu ad Cœ culmen perueniant, variant semper suam ha- n ad quodcunque hemiciclium in itinere inter- & absumunt sex horas inæquales. Per easdem sumus inuenire terminos variationis, & in eis cuspides interceptas, quoniam per dictas ho- itur veræ distantiæ, à culmine; nimirum- im ab ortu, inuenitur distantia cuspidis 12. quatuor ab ortu, cuspidis vndecimæ, vtrobi- io ascensionis rectè prius inuentæ; nam an- adus Orientis Eclipticæ tangat Meridianum, per ipsum Meridianum tot gradus Æquatoris, nt sex horæ inæquales; & antequam gradus uspidis 12. peruenerit ad eundem Meridia- unt per ipsum tot gradus Æquatoris, quot ef- tuor horæ inæquales, & antequam gradus cuspidis 11. transferatur ad Meridianum, t gradus Æquatoris, quot comprehendunt *Demõstratur hæc veritas.*

Modus inueniẽdi A. R. C. M & Cuſpides aliarũ Domorum.

duæ horæ inæquales. Poſita igitur Aſcenſione recta, vel inuento gradu Zodiaci primæ Domus, & inuentis horarijs temporibus diurnis eiuſdem gradus Eclipticæ exiſtentis in ortu, ſi ea horaria tempora multiplicentur per ſex, & productum ſubtrahatur ab Aſcenſione Recta eiuſdem gradus Eclipticæ poſiti in ortu, relinquet Aſcenſionem Rectam Cœli Medij, quando talis gradus erit in ortu ſemper; Deinde illa eadem horaria tempora dicti gradus, ſi multiplicentur per quatuor, & productum ſubtrahatur ab Aſcenſione Recta eiuſdem gradus, relinquet eandem Aſcenſionem Rectam Cœli Medij, quando talis gradus erit in Cuſpide duodecimæ ſemper: tandem ſi multiplicentur hora ia tem pora prædicta ſupra inuenta per duo, & produd trahatur ab Aſcentione Recta eiuſdem gradus relinquet Aſcentionem Rectam, quando talis g in cuſpide Domus 11. ſemper: ſed ſi multipli duo addatur Aſcenſioni Rectæ dicti gradus, dum Zodiaci nonæ domus, quando in C. prædicta Aſcenſio Recta: tandem ſi multiplic per quatuor addatur Aſcenſioni Rectæ præ qui ab initio erat in prima Domo, dabit grad ci octauæ domus, quando erit in C. Medio ea ſio Recta ab initio inuenta ſemper: Quibus c faciliter patebunt gradus Zodiaci domorum rum. Igitur tali ordine præſuppoſito poſſum re ad Calculum facilem, & expeditum per I ram magnitudinem domorum duarum hor qualium, non tamen cum exiguo labore, & poris ſpatio; oportet enim inuenire horaria

Oppoſitæ Domus.

(ſub eleuatione Poli regionis) omnium graduum Eclipticæ, per continuas diuiſiones arcuum diurnorum per 12. vt habeas in quotiente exacta horaria tempora, & eadem pro omni gradu Eclipticæ multiplicare per ſex pro prima Domo, per quatuor pro 12. & octaua, per duo pro 11. & nona Domibus, & hararia tempora ſic multiplicata ſubtrahere ab Aſcẽſione Recta eiuſdem gradus, cuius ſunt horaria tempora, & reponere per ordinem in tabulis obſignatis pro prima, pro 12. pro 11. pro 9. & pro 8. Domibus, vt per Aſcenſionem Rectam C. Medij, ſeu totius figuræ, quæ antè omnia inueniri debet, inueniatur gradus in latere ſiniſtro, cum ſuis fractionibus cuſpidum prædictarum Domorum. Hoc ordine digeſſimus, & fecimus tabulas Domorum præſentes non ſine ingenti labore, & ſtudio, & ſunt tabulæ ad mentem Ptol. irreprehenſibiles, infallibiles, commenſuratæ cum duabus horis inæqualibus adamuſſim, vt non redundent, neque deficiant per minutum, niſi fortè ex calculorum imperfectione. Quas Domorum Aſcenſiones Ptolemæus tangit. lib. 3. Cap. de vera parte Horoſcopi, dicens: *Poſita hora Initij inuenta per Aſcenſiones*, ſcilicet rectas; ſtat enim Aſcenſ. pro excellentiori.

Modus & fundam. Har. Tabul.

Tabulæ ad mẽtem Ptol.

De quarum fundamento irrefragabili demonſtratione, & probatione docemus in ſequenti capitulo.

Demonſtratur euidẽtèr, & ad oculum prædicta Dom.rum magnitudo duarũ tãtúm horarũ inæqualium. Caput Sextum.

EX ſupputationibus Ptol. in alium finem factis, deſumptum eſt fundamentum adinuentionis prædictæ magnitudinis, & præſentium tabularum calculorum; & licet Vir ingenio præditus, ex ijs quæ dicta ſunt, fateretur non poſſe inueniri alius modus diuidendi Domos ad mentem Ptol. præter enarratum, prędiſtinctum; tamen addemus nunc, more dialectico, hanc euidentem demonſtrationem. Porrò omnes partes numerales, quæ adhibentur in ordine conſtructiuo, reperiuntur neceſſariò eædem in ordine reſolutiuo; ſed omnes partes duarum horarum inæqualium, per multiplicationem adhibentur ad conſtructionem vniuſcuiuſque domus; igitur eædem reperiuntur in vna quaque domo: Maior eſt de ſe nota, Minor etiam patet, quoniam diſtantia à Medio Cœli vſque ad cuſpidem vndecimæ, eſt compoſita per multiplicationem duarum horarum inæqualium, & menſurat totam 11. domum, & diſtantia, quæ eſt à Medio Cœli vſque ad Cuſpidem duodecimæ, eſt compoſita per multiplicationem partium quatuor horarum inæqualium, & menſurat vndecimam, & 12. Domos, & diſtantia, quæ eſt à C. Medio ad primam Domum eſt compoſita per multiplicationem partium ſex horarum inæqualium, & menſurat 11. 12. & primam

Demõſtratio certitudinis harum tabularum.

mam Domos, & ſic de alijs; ergò menſuratæ ſunt omnes menſura adequata duarum horarum inæqualium, ac perinde vnaquæque Domus non poteſt eſſe maior, neque minor duabus horis inæqualibus: Idipſum confirmatur demonſtratione ad oculum cum exemplo. Etenim ſi inueniatur Aſcenſio Recta gradus Cuſpidis 11. & ab ea ſubtrahatur Aſcēſio Recta C. Medij, remanebit diſtantia eiuſdem Domus à C. M. quæ diuiſa per horaria tempora, gradus eiuſdem Cuſpidis, dabit in quotiente duas horas tantùm abſque reſiduo, & ſic de alijs, vt in ſequenti exemplo. *Alia demonſtratio cũ exẽplo.*

EXEMPLVM PRO XI. DOMO.

Sit ad eleuationem Poli grad. 42. Cuſpis primæ Domus gr. 16. 26. ♎ erit tunc Aſcenſio Recta C. M. gr. 110. 56. 24. Et cuſpis 11. erit gr. 22. 53. 28. ♌ cuius Aſcenſio Recta eſt grad. 145. 14. 45. à qua ſubtracta Aſcenſione Recta C. M. remanet diſtantia à C. M. grad. 34. 18. 21. quæ ad minuta redacta, ſunt minuta 2058. Horaria tempora dicti gradus 17. 9. ad minuta redacta, ſunt min. 1029.

OPERATIO

0000.
2058. | 2.
1029.

ergò 11. domus conſtat ex duabus horis inæqualibus.

EXEMPLVM PRO XII. DOMO.

Rurſus Cuſpis 12. erit gradus 22. 13. 0. ♍ cuius Aſcenſio recta eſt gr. 172. 52. 25. à qua ſubtracta

Aſcen-

Aſcenſione Recta C. M. 110. 56. 24. remanet diſtantia ab eodem Cœli M. gr. 61. 56. 1. ad minuta redacti, ſunt minuta 3716. Horaria tempora 15. 29. ad minuta redacta ſunt minuta 929.

OPERATIO
000.
3716. | 4.
929.

ergò domus duodecima conſtat ex duabus horis inæqualibus, quatuor enim nunc comprehendit duas domos.

EXEMPLVM PRO IX. DOMO.

Amplius cuſpis nonæ erit gr. 14. 52. 43. ♊ cuius Aſcenſio R. eſt gr. 72. 33. 57. quæ quoniam eſt in quarta deſcendente inter C. M. & cardinem occiduum ſubtrahi debet ab Aſcenſ. R. C. M. qua ſubtracta remanet. Diſtantia à C. M. gr. 37. 22. 27. ad minuta redacti, ſunt min. 2242. Horaria tempora 18. 41. ad minuta redacta ſunt min. 1121.

OPERATIO
0000.
2242. | 2.
1121.

ergò nona domus conſtat ex duabus horis inæqualibus.

EXEMPLVM PRO VIII. DOMO.

Tandem cuſpis octauæ erit gr. 13. 30. 30. ♉ cuius Aſcenſio Recta gr. 41. 0. 37. & facta ſubtractione ab Aſcenſ. R. C. M. remanet. Diſtantia à C. M. 69. 55. 47. ad minuta redacti, ſunt min. 4196. Horaria tempora 17. 29. ad minuta redacta, ſunt min. 1049.

OPE-

OPERATIO { 0000.
4196. | 4.
1049.

ergò domus octaua constat ex duabus horis inæqualibus. quatuor enim nunc comprehendit duas domos.

In primæ Domus dispositione ões conueniunt.

Prima domus autem, quoniam ab omnibus definitur eodem modo, & absq; controuersia (omnes enim quotquot de ratione domificandi egerũt, in eisdem partibus, ac minutis conuenerunt) ideò superfluum esset, alio calculo, Orientis gradum domonstrare, præter illum quem omnes secuti sunt: Et sequitur necessariò ex consequenit eius magnitudo duarum horarum inæqualium.

Demõstratio per multiplicationem

Quæ magnitudo vniuscuiusque domus potest forsan ostendi faciliori supputatione per multiplicationẽ horariorum temporum, scilicet multiplicãdo horaria tempora domus 11. & 9. per duo, domus 12. & 8. per quatuor; nam si numeri producti erunt æquales numeris distantiarum, constabit idipsum, quod superius per diuisiones ostensum est, vt in superiori exemplo. Distantia Cuspidis 11. erat gr. 34. 18. 21. Horaria tempora 17. 9 multiplicata per duo erunt 34. 18. Distantia Cuspidis 12. erat gr. 61. 56. 1. Horaria tempora 15. 29. multiplicata per quatuor erunt 61. 56. Distantia Cuspidis 9. erat gr. 37. 22. 27. Horaria tempora 18. 41. multiplicata per duo erunt 37. 22. Distantia Cuspidis 8. erat 69. 55. 47. Horaria tempora 17. 29. per quatuor multiplicata erunt 69. 56. Et hac breuiori supputatione libet afferre aliud exemplum ad Maiorem dulucidatione m.

Sit rursus ad eleuationem Poli gr. 43. prima domus 24. 54. ♎ erit tunc Ascensio Recta C. M. 122. 11. 53.

Cus-

Cuſpis 11. grad. 3. 30. 30. ♍. Diſtantia Cœli Medij gr. 33. 14. 4. Horaria tempora 16. 37. multiplicata per duo erunt 33. 14. Cuſpis 12. gr. 1. 54. ♎. Diſtantia à C. M. 59. 32. 8. Horaria tempora 14 53. multiplicata per quatuor dant gr. 59. 32. Cuſpis 9. gr. 24. 45. 0. ♊. Diſtantia à C. M. 37. 56. 37. Horaria tempora 18. 58. multiplicata per duo dant 37. 56. Cuſpis 8. gr. 22. 27. 39. ♉. Diſtantia à C. M. gr. 72. 9. 28. Horaria tempora 18. 2. per quatuor multiplicata dant 72. 8. deficiens per vnum minutum cum dimidio ferè, qui defectus exigui, ſiue redundent, ſiue deficiant oriri poſſunt ex tabulis Aſcenſionum obliquarum, quæ non ſunt ſupputatæ cum ſecundis fractionibus; ſunt tamen fragmenta tàm minima, de quibus non curat Prætor. Sed Calculus tabularum eſt adeò adæquatus, quòd non excedit, neque exceditur per ſe, ſeu exquiſitè factus.

Cum Aſtrolabio probatur hæc veritas

Tandem ſi quis vult oculo ſenſus videre, & manibus proprijs contrectare hanc veritatem; accipiat Aſtrolabium accuratè elaboratum, & ponat gradum primæ domus ſuper Horizontis obliqui lineam, deinde inſpiciat in parte inferiori lineas horarum inæqualium, & inueniet eas ſecantes omnes cuſpides domorum vtſuprà. Et forſan veteres Aſtronomi Arabes, & Caldæi non vtebantur Tabulis domorum ad vſum facilem redactis; ſed Aſtrolabijs, in quibus ducebant lineas horarum inæqualium pro Domorum diſtinctione, alioquin Aſtrolabia non oſtendiſſent Domos, & fuiſſent imperfecta, cum circuli Domorum, & Poſitionum additi ſint in Aſtrolabio à Monte Regio, vel ab alijs poſt ipſum; Aſſeruatur enim in admiranda, & copioſa Biblioteca

cuiusdam Principis, vetus vnum auricalchi Astrola-- bium inter tot, quæ extant admiranda, à docta quidem atque ingeniosa manu elaboratum, plusquam sexcentis retroactis Annis, vt deprehenditur ex motu fixarum, in quo non sunt aliæ lineæ distinctiuæ domorum, nisi horarum inæqualium, & coincidunt ad minutum cum hac nostrarum Tabularum inuentione: nulla igitur Domorum diuisio facta est à veteribus, neque fieri potest certior, euidentior, & magis consona naturæ, & arti, Ista, quàm per præsentes Tabulas publici iuris facimus, cum vsu facili, & expedito.

Reliquum est, vt in sequentibus ostendamus, quòd omnes aliæ domorum diuisiones, quæ hactenus fuerunt, nt in vsu, non congruunt, sed longè aberrant, præodum Io. Antonij Magini in Tabula ad mentem adita, & Auctoris Anatomiæ Cœlestis, qui procedunt, vt dicemus in capitulo sequenti.

Diuisione Domorũ ad mẽtem . Io. Antonii Magini, & Cla- D. Auctoris Anatomiæ Cœl.

Caput Septimum.

tonius Maginus à suo iuuentutis flore, ad obi- ue, in Almo Bononiensi Gymnasio Mathe- s Primarius celeberrimus, qui Mathematica- attes abundè locupletauit, adauxitque, & udiorum, inuentionum, & laborum sapientes

posteros constituit perpetuos hæredes; inter alios sui fructus ingenij adinuenit, & construxit tabulas domorum, ad mentem Ptol. vt vnaquæque domus eiusdem esset magnitudinis, quàm toties supra expressimus, quibus titulum fecit Ascensiones horariæ parium, & imparium domorum, vt in suo Primo mobili pagina 25. Can. 26. & pagina 191. declarans, quod domus impares semper sunt 11. & 3. & his oppositæ; pares verò semper sunt 12. & secunda, ac his oppositæ. Sed pace tanti viri, dixerim, non dari hunc ordinem apud Ptolemæum, vt aliquæ domus tales sint perpetuò impares, & aliquæ tales sint perpetuò pares; sed omnes sunt modò pares, modò impares, modò maiores, modò minores habita ratione ad motum Zodiaci: qui fundamentum est huius Pra[illegible]tiæ diuisiuæ domorum. Ità enim sentit Ptol. cum [illegible] Cap. xv. supracitato: *Partes Zodiaci inæqualibur[illegible]ribus vtrobique transeunt*, scilicet in Hemicicliac[illegible] 11. ac oppositarum.

Maginus in primo mobili.

Vt autem intelligatur id, quod latet hoc in lo[illegible] cleare libet. Cum in superioribus dictum sit, q[illegible] Meridianum transeunt duæ horæ inæquales, du[illegible] vnius domus peruenit ad aliam cuspidem, fier[illegible] quòd interuallum sit modò paulo maius, m[illegible] minus duarum horarum inæqualium, actu occup[illegible] illas domos, seu præsentes in illis, propter inæqu[illegible] graduum Eclipticæ, habita ratione ad quantita[illegible] tinuam, & tamen per Meridianum semper [illegible] duæ horæ inæquales, ab vna ad aliam cuspidem [illegible] do sumuntur horaria tempora alicuius gradus, [illegible] penès numerum graduum, qui transeunt per

num, & hoc modo sunt omnes æquales. Huc huc labo-
rem, atque ingenium poterant dirigere, qui scribentes
scripserunt de huiusmodi domorum interuallo; Et qui-
dem scopum hunc non curiosè inquirentes, collineaue-
runt circumcirca Apicem ipsum non prospicientes.

Inter omnes autem proximiores, accesserunt Magi- *Magi-*
nus, & clarissimus D. Venetus. Porrò Maginus in areis *nus.*
suarum tabularum posuit Ascensiones horarias, loco
Ascensionum obliquarum, vt tempus metiatur distantias
à Meridie (quemadmodum fieri debet) at propter inæ-
qualitatem partium Zodiaci, non peruenit ad vltimum
finem, sed propè, vt ad oculum patet in subscripto exem-
plo. At propior ipso Magino, accessit Auctor Anato-
miæ Cœlestis, qui nisus est per circulos positionum, ad
instar Ptolemæi, limites inuenire domorum, & circulos
perpetuò statuere per triangulorum ratiocinia, & forsan
hoc modo; sicut se habent sex horæ ad tangentem altitu- *Domos*
dinis poli Regionis, ità duæ horæ ad tangentem Circuli *inueni*
positionis domus vndecimæ, & sic de reliquis domibus. *re per*
Sed inter primum, ac tertium inuentum, non cadit perfe- *triãgu*
cta similitudo, stante inæqualitate tertij; ideò aliquam *lorum*
varietatem parit, tametsi exiguam, ac tollerabilem, *raciocĩ*
propterea quòd ille tertius terminus pauxillum vagus *nia.*
est, quemadmodum ostensum est supra: quam rationem
cum ipsemet Auctor Anatomiæ Cœlestis non potuis-
set cognoscere, testatus est, quòd sua inuentio aberra-
bat aliquibus pauculis minutis, nesciens vnde proueni-
ret: Veruntamen si Clarissimus hic D. reduxisset ad cal-
culum facilem, & expeditum suam inuentionem, non
opporteret alias Tabulas condere, cum tàm exigua sit

differentia à duabus horis inæqualibus, vt in ſubſcripto patet EXEMPLO.

Anno Domini 1555. *die* 14. *Iunij Hor.* 6. 57. *P. M. ſub Polo* 45.

	Auctor Anat. Cęl.			Differentia			Io. Ant. Mag.			Differentia		
	G.	M.	S.	G.	M.	S.	G.	M.		G.	M.	S.
Dom. XI.	13	32	12♋	0	4	1	13	22	♋	0	6	11
Dom. XII.	3	35	10♌	0	0	50	3	24	♌	0	12	0
Dom. IX.	13	1	20♍	0	7	44	12	53	♍	0	0	36
Dom. VIII.	29	55	21♎	0	2	12	29	40	♎	0	17	33

Et qui voluerint rem hanc ad oculum deducere, poterunt abacum eruere ex eius tabula, quàm in præſentibus appoſuimus cum ſuo vſu, qui etiam cõcordat cum vſu Tabularum Monte Regij.

De vſu Tabulæ infrà poſitæ.

PRIMO ingredere hanc tabellam cum numero eleuationis Poli tuæ Regionis, quem inuenies in prima Columna ad leuam deſcendendo, vel in vltima ad dexteram aſcendendo, ſub titulo Latit. Regionum; & in area communi pro XI. & III. Domibus, vel pro XII. & II. inuenies numerum Polarem, ſeu circulum poſitionis, cum quo ingreditur tabula Aſcenſionum Obliquarum.

Secundò Inuenta Aſc. R. figuræ Cœleſtis, eidem Aſc. R. adde

R. adde 30. pro XI. vel 60. pro XII. & numerum conflatum quære in tabula Aſcen. Obliquarum ſub numero polari, vt ſupra inuento in hac tabella, & in fronte Areæ habebis ſignum Zodiaci ponendum in Cuſpide quæſita; & gradum ſigni, in latere ſiniſtro de directo poſitum, quem pone in eadem cuſpide, non neglecta parte proportionali, ſi numerus conflatus ſuperabit numerum in Area ſignatum.

EXEMPLVM PRO INVENIENDA CVSPIDE DOMVS XI.

Primò ingredior Tabellam infra poſitam cum numero eleuationis Poli Regionis, qui in aſſumpto exemplo eſt grad. 43. hunc inuenio in vltima Columna ad dexteram aſcendendo, & in area communi ſub titulo Domus XI. inuenio 17. 35. 44. & ſumo 18. propter redundantiam medietatis (vt moris eſt) qui numerus 18. indicat Tabulam Aſcenſionum, & Deſcenſionum Obliquarum, hoc eſt ad latit. grad. 18. in qua fient operationes ſequentes pro XI. *Vt ſupra pag. 23 ſit rurſus.*

Deinde inuenta Aſcen. R. figuræ Cœleſtis, quæ in noſtro exemplo eſt grad. 122. 12. huic numero addo 30. pro XI. domo, & dat 152. 12. quem numerum conflatum, quæro in Tabula Aſc. Obliq. ſub polo 18. Et ſuprà dictum numerum 152. 12. in fronte Tabulæ video ſignum ♍ & de directo, in eadem linea Areali ad leuam inuenio gr. 4. Et ideò in cuſpide XI. Domus pono gr. 4. ♍ neglecta parte proportionali, quæ relinquitur accurato Mathematico. Idem fit pro XII. addendo 60. & ſic de alijs Domibus.

Tabula

Tabula Clariſs. D. Auctoris Anatomiæ Cœleſtis.

LATITVDO REGIONVM.

G	Numeri Polares. Dom. XI. & III. G M S	Dom. XII. & II. G M S
1	0 20 0	0 40 2
2	0 40 50	1 19 1
3	1 0 0	1 59 2
4	1 19 12	2 39 36
5	1 38 24	3 20 0
6	1 57 17	4 0 0
7	2 18 40	4 41 32
8	2 38 35	5 21 32
9	2 59 33	6 2 58
10	3 20 57	6 42 57
11	3 41 44	7 23 51
12	4 4 5	8 5 11
13	4 23 41	8 45 11
14	4 44 6	9 26 40
15	5 5 17	10 8 7
16	5 27 15	10 49 23
17	5 50 6	11 30 39
18	6 11 54	12 13 24
19	6 32 55	12 57 37
20	6 55 42	13 38 55
21	7 17 42	14 23 50
22	7 42 37	15 8 40
23	8 5 50	15 49 26
24	8 29 10	16 34 4
25	8 53 20	17 18 41
26	9 17 45	18 4 8
27	9 42 4	18 49 39
28	10 8 8	19 35 24
29	10 33 47	20 22 18
30	10 59 45	21 8 55

Numeri Polares. Dom. XI. & III. G M S	Dom. XII. & II. G M S	G
31 38 49	50 41 54	60
30 29 53	49 26 21	59
29 26 2	48 12 49	58
28 24 21	47 0 22	57
27 24 39	45 50 58	56
26 28 55	44 40 37	55
25 33 51	43 32 46	54
24 40 11	42 25 55	53
23 50 45	41 19 49	52
23 3 47	40 15 36	51
22 17 0	39 11 18	50
21 32 35	38 10 23	49
20 42 42	37 8 29	48
20 6 59	36 8 2	47
19 28 28	35 8 0	46
18 49 54	34 11 0	45
18 12 52	33 12 59	44
17 35 44	32 15 44	43
16 59 17	31 22 10	42
16 25 3	30 25 13	41
15 52 0	29 32 0	40
15 20 14	28 38 17	39
14 48 30	27 46 28	38
14 17 42	26 54 48	37
13 46 4	26 4 9	36
13 17 3	25 13 20	35
12 47 30	24 23 32	34
12 19 10	23 34 58	33
11 52 0	22 46 57	32
11 25 29	21 57 56	31

LATITVDO REGIONVM.

De inuentione diuisionis Domorum Alcabitii ad mẽtem Ptol. Caput Octauum.

ALCABITIVS, & Ioannes de Saxonia eius Comentator arbitrati sunt diuidere Domos ad præscriptum Ptol. si tertia pars semidiurni arcus accepti à gradu primæ Domus, ac tertia seminocturni ab eodem gradu desumpti, respectiuè distribuatur cuilibet domo; diurni nimirum super Terram, nocturni subtus Terram, coniungendo ab initio tertiam partem Ascensioni R. C. Medij pro vndecima domo, & aliam Tertiam pro xii. & sic de alijs: numeri enim ità adaucti, & reperti in area Tabulæ Ascensionum R. dabunt in latere sinistro gradus Eclipticæ pro Cuspidibus Domorum. Vide Maginum in primo Mobili pag. 24. Et dicunt isti Viri, quòd talis diuisio erat in vsu apud omnes veteres, & probata ab ipso Ptol. Nihilominus colligitur manifestè esse præter intentionem Ptolem. & enormiter differre à præscripta duarum horarum inæqualium magnitudine, vt ostendit subscriptum exemplum, atque etiam conuincit hos viros exemplum Ptol. cap. 15. lib. tertio, vbi dicit, quòd in illa Regione initium geminorum in Occasu tenet 102. 48. vnde pro diuisione domorum opportebit sumere initium Sagittarij, existens in prima domo, cuius arcus semidiurnus in illa eadem Regione, est grad. 77. 28 sed 102. 48. dant sex horas inæquales, si diuidantur per horaria tempora

Diuisio Alcabitij est p̃ter intentionẽ Ptolemæi.

17. 8. ergò ab istis deficit hic diuidendi modus grad. 24. 40. quæ fallacia est intollerabilis. Si autem dixernit accipi debere in isto casu arcum seminocturnum, tũc differentia redundans erit multo maior. Rursus conuincitur Alcabitius, hac altera euidenti demonstratione, ponatur figura sub polo 42. & sit Sol in 0. 0. ♈. quando horæ inæquales coincidunt cum æqualibus, ponatúrque Sol in cuspide vndecimæ, & distabit à C. M. grad. 30. nimirum per duas horas tàm æquales, quàm inæquales; tunc autem erit in prima domo grad. 24. geminorum, cuius arcus semidiurnus, est hor. 7 32. qui resolutus in grad. dat 115. cuius tertia pars est grad. 38. ferè, ergò excedit magnitudinem vndecimæ domus 8. grad. aberrat igitur hic modus enormiter à duabus horis inæqualibus, & hoc prouenit, quia supponit tertiam partem arcus semidiurni, vel seminocturni esse duas horas inæquales, quod falsum est propter inæqualitatem horarum inæqualium in tota quarta, & in hac re deceptus fuit Ioannes de Monte Regio, vt patet in problemate 15. tametsi ipse Monte Regius in Problem. 14. reprobarit hunc modum ob inæqualitatem, seu discrepantiam semicirculorum, quos ponit transire per Mundi Polos in sphera maximè obliqua, in qua medietas domorum omnium cadit sub Orizonte; vide ibi. Aberrat igitur hic modus enormiter, vt dictum est, & patet hic ad oculum sumpto exemplo superioris figuræ.

EXEMPLVM.

Anno Domini 1555. *die* 14. *Iunij Hor.* 6. 57. *P. M. sub Polo* 45.

	Alcabitius. G.	M.		Differentia. G.	M.
Dom. XI.	10	19	♋	3	29
Dom. XII.	1	26	♌	2	44
Dom. IX.	6	6	♍	5	28
Dom. VIII.	27	13	♎	2	29

De diuisione Domorũ ad mentem Ptolemæi, Alphonsi Regis, & Ioannis Stephlerini. Cap. Nonum.

Diuidendi modus Alphõsi & Stephlerini.

NNES de Rojas in Coment. sui Planispherij ecundo, pertractans de diuisione quatuor do- extra angulos, profitetur sequi doctrinam iuatam ab Alphonso Rege, & Batheno, & refert ud eosdem fuisse ad hunc modum. Colligatur R. gradus primæ Domus, & eiusdem horaria diurna, pariterque nocturna, deinde nocturna addantur dictæ Asc. R. & numerus canflatus r in Tabula Ascensionum R. qui dabit in latere radum cuspidis secundæ domus, & octauæ in si- osito. Posteà eadem horaria tempora augeantur

per quatuor, & addantur eidem Asc. R. primæ Domus, & numerus productus quæsitus in Tabula, dabit gradum cuspidis tertiæ domus, & oppositæ in signo opposito; post hæc horaria tempora diurna, multiplicata itidem per duo, & adiuncta Asc. R. Imi Cœli, numerus emergens quæsitus in Tabula vt supra, dabit grad. Cuspidis domus quintæ, & vndecimę in signo opposito; tãdem multiplicata hæc diurna per quatuor, dabit numerus in Tabula vt supra gradum cuspidis sextæ, & duodecimæ.

Ex quibus deprehenditur, quòd isti Mathematici celeberrimi arbitrati sunt esse transferenda horaria tempora primæ domus, pro magnitudine cuiusque domus respectiuè in omnes. Sed quantum distent à duabus horis inæqualibus, ostendet infrascriptum exemplum. Ratio autem variationis est, quia putarunt horas inæqua eodem modò semper inæquales in eadem quarta in tota figura, & quòd gradus primæ domus pr cum suo motu in omnem domum actu, & il dem horaria tempora, quod falsum est, vt oste superius; transeunt enim per Meridianum illa tempora, dum vna Cuspis mouetur vsque ad al ideò decepti fuere, & grauem eorum deception det in calce huius capitis exemplum adiunctum

Io. Stephlerinus. Hanc eandem deceptionem incurrit Ioannes S rinus, tametsi per alios terminos. Is etenim i ratione Astrolabij prop. 54. secundæ partis d dum construendi Schemata Cœlestia per Astro instrumentum, dicens, quòd gradus primæ dom feratur super lineam octauæ horæ inæqualis, & quem secat linea Meridiana in Imo Cœli, est gra

pidis ſecundæ domus, deinde transferatur idem gradus primæ domus ſuper lineam decimæ horæ inæqualis, & grad. quem ſecat, ſeu ſecabit linea Meridiana Imi Cœli, eſt gradus cuſpidis tertiæ domus. Vlterius gradus cuſpidis ſeptimæ domus transferatur ſuper lineam quartæ horæ inæqualis, & gradus, quem ſecauerit linea Meridiana vtſupra, eſt gradus ſextæ domus: Tandem transferatur gradus Occidentis prædictus ſuper lineam ſecundæ horæ ab Occaſu, & gradus ſuper quem tranſierit linea Meridiana vtſupra, eſt gradus quintæ Domus; gradus autem Cuſpidum domorum oppoſitarum habentur per ſigna oppoſita, horæ autem inæquales prædictæ intelliguntur ſemper numeratæ ab Occaſu.

Dicit autem vir iſte, quòd fuit hic modus à veteribus vſitatiſſimus, & facit eius Auctorem Nicephorum Philoſophum Grecum, & ſequaces, Meſſahalam, & Ioannem Eligerum, qui tamen aberrauerunt à longè, ſicut, & prænominati: putarunt enim, & ipſi horaria tempora primæ domus adaucta per duo, & per quatuor tranſferenda fore in omnes domos, vt eorum operatio manifeſtè indicat, non expendentes variationem, quam facit gradus ortiuus in vna, & eadem quarta; ideò ſubſcripta ocularis oſtenſio prodit eorum errores. Repetatur poſitus prædictæ figuræ.

Anno Domini 1555. die 14. Iunij Hor. 6. 57. P. M. sub Polo 45.

	Alphonsus Rex		Differentia		Io. Stephlerinus		Differentia	
	G.	M.	G.	M.	G.	M.	G.	M.
Dom. XI.	10	36 ♒	3	10	10 ferè	♒	3	50
Dom. XII.	1	50 ♓	1	30	1	30 ♓	2	32
Dom. IX.	5	50 ♍	5	39	5	28 ♍	5	56
Dom. VIII.	27	14 ♋	2	28	28	0 ♋	1	12

De diuisione domorum Iulii Firmici, & Porphyrii. Cap. Decimum.

Iulius Firmicus.

IVLIVS Firmicus, qui tot euentus Historicos Graues non quidem rectè, sed more Ethnicorum retulit ad fata; de quorum potestate scripsit tàm absona, & absurda, vt syderum phisici exploratores non percipiant, non admittant, non credant; pro sui magisterij instituto adinuenit, & ipse domorum partitionem, diuidens Zodiacum in duodenas æquas partes, assumptoque gradu cum minutis cuspidis primæ domus, eundem ponebat in cuspidibus omnium reliquarum domorum, etiam in ipsa linea C. M. pars autem C. M. congruens Ascensioni R. vocabat cor Cœli, vt in exemplo superius assumpto, cuspis primæ Domus est grad. 21. 28. Sagittarij, idem in secunda, in tertia, in quarta, & in reliquis faciebat, in omnibus nimirum signis sequentibus, & quoniam

niam Aſcen. R. C. M. 196. 30. reſpondet grad. 17. 54. Libræ, hunc ſeorſum in figura adnotabat, & vocabat cor Cœli, & in C. M. ponebat 21. 28. Sagittarii. Modum hunc probatum à nemine inueni, niſi à Cardano per aliquod tempus, & à duabus horis inæqualibus recedit ferè ſemper, quantum in ſubſcripto calculo iam aſſumpti temporis conſpicitur.

Porphyrius autem Philoſophus, & ſua tempeſtate Illuſtris Aſtronomus ſtuduit domorum partes conſignare ad temporariam Ptolemaicam magnitudinem, dum Zodiaci totum arcum interceptum à domo prima, ad decimam vſque, diuidebat in tres æquas partes, atque idipſum faciebat de toto arcu Zodiaci, quem prima, & quarta domus ſtringebant; deinde inuento gradu per Aſc. R. C. M. vt moris eſt, tertiam partem eidem iungebat, & numerus productus dabat gradum cuſpidis XI. cui rurſus adiungebat eandem partem tertiam, & producebat gradum cuſpidis duodecimæ, & ſic de reliquis, vt in exemplo ſuperius aſſumpto, gr. C. M. eſt 17. 54. Libræ, & primæ domus eſt 21. 28. Sagittarij, ſi fiat ſubtractio hoc modo. *Porphyrius.*

	S.	G.	M.
	8	21	28
PRO ARCV SVPRA TERRAM	6	17	54
	2	3	34

Reſiduum diuiſum per 3. dat grad. 21. 11. hæc tertia pars adiuncta gr. 17. 54. dat gr. 9. 5. Scorpij, & adiuncta iterum 9. 5. dat 0. 16. Sagittarij.

	S.	G.	M.
ET PRO ARCV SVBTERRANEO	0	17	54
	8	21	28
	3	26	26

Hoc reſiduum diuiditur ſimiliter per 3. & quotiens eſt 1. 8. 49. & eſt tertia pars addenda primæ domui vt ſupra, &c. quæ quantum diſtet à Ptolemaica partitione conſpicitur in ſubſcripto exemplo.

E X E M P L V M.

Anno Domini 1555. *die* 14. *Iunij Hor.* 6. 57. *P. M. ſub Polo* 45.

	Iulius Firmicus		Differentia		Porphyrius		Differentia	
	I G.	M.	I G.	M.	II G.	M.	I G.	M.
Dom. XI.	21	28 ♒	8	54	9	5 ♒	4	50
Dom. XII.	21	28 ♓	21	7	0	16 ♓	1	18
Dom. IX.	21	28 ♍	8	31	9	6 ♍	3	22
Dom. VIII.	21	28 ♌	20	3	0	17 ♌	0	4

De Partitione Domorum Campani, & Gazuli. Caput XI.

CAMPANVS Nouarienſis inſignis Aſtronomus circa Annum Domini 1038. ſciens, quòd degentes ſub Æquinoctiali, vel propè, Mathematici per ſex circulos magnos, computatis Orizonte, & Meridiano diuidebant æquatorem in 12. partes æquales, quæ domicilia vocantur; videnſque talem, in æquatore diuiſionem in obliqua ſphæra non poſſe fieri æque benè, ſubſtituit loco æquatoris Circulum verticalem primarium, quem diuiſit in duodecim partes æquales, ac ſi fuiſſet æquator in ſphæra recta per ſex eoſdem Circulos magnos, quorum concurſus fit in duabus interſectionibus æquatoris, & Meridiani. Hanc diuiſionem aſſumpſit Gazulus Raguſinus ad vſum, & ad defenſam, & quantum ad æqualitatem domorum inter ſe eſt conueniens, ſed non quantum ad magnitudinem duarum horarum inæqualium, quæ non concurrunt cum æqualibus; ſicut in Sphæra recta, vbi diuiditur ipſe æquator. Prætereà non eſt conueniens, cum vnaquæque domus non comprehendat 30. gr. Æquatoris, ſicut vult Ptolemæus, cap. xi. lib. 3. Determinat enim Campanus interſtitia domorum ad varias Poli eleuationes, quæ interſtitia ſunt gradus Æquatoris, vt ſub eleuatione Poli gr. 45. Interſtitium domus X. eſt 22. 13. Vndecimæ, & ſecundæ 28. 32. Vide Tabulas M. Regij 108. Propterea hæc domo-

Verticalis primarius in 12. partes.

rum

rum diuiſio multum diſcrepat à magnitudine duarum horarum inæqualium, vt patet hic inferius in aſſumpto exemplo. Orontius Phineus defendit hanc partitionem toto pectore, totoque animi impetu in libello, quem edidit poſt Coſmographiam de duodecim domicilijs dicens eſſe vnicam certiſſimam, & infallibilem, & omnem aliam erroneam, ac artis corruptiuam, putauitque eſſe ad mentem Ptolemæi: Iudicet autem, qui legerit hæc noſtra ſcripta, & conſpexerit ſubſcriptum exemplum, quantum allucinatus ſit.

Orontius Phin.

E X E M P L V M.

Anno Domini 1555. *die* 14. *Iunij Hor.* 6. 57. *P. M. ſub Polo* 45.

	Campanus, & Gazulus. I	G.	M.		Differentia. I I	G.	M.	
Dom. XI.		5	42	♋		7	31	*Hæc eſt differentia à magnitudine duarum horarũ inæqualiũ, iuxtà mẽtem Ptolemæi.*
Dom. XII.		24	0	♋		11	34	
Dom. IX.		22	41	♍		7	45	
Dom. VIII.		8	32	♌		7	54	

De diuisione domorum Ioannis de Monte Regio. Cap. XII.

IOANNES MonteRegius, inter decora ingenia ab eruditissimis Scriptoribus relatus, innumeris laudum numeris artificio rethorico declaratus, non tàm excellens, quàm excedens Mathematicus, ità, vt in tantum creuerit eius fama; quòd qui in eius scola versantur tribuant ei illum honorem fidei Pittagoricum, *ipse dixit:* quemadmodum accidit in discussione, & ine domorum Cœlestium. Qua in re quantum erit, quantum detrimenti attulerit vtrique Sydeisciplinæ, vir sapiens discernet suo ingenio ex hac one. Porrò MonteRegius assumpsit modum ndi Domos, vt quidam dicunt ab Abraham Abend Alphonsus Rex libro secundo Armill. Cap. 42. sse modum deriuatum ab antiquissimo Aben. Fieri autem potuit, vt ex eius incolatu sub Æqua ice, vel propè diuisisset in æquas partes ipsum rem, & diffiniret domos proculdubio verissim in illa Regione horæ inæquales coincidant alibus, ob perpetuum Æquinoctium. Verun- sphæra obliqua talis diuisio à Monte Regio as- a defensa non congruit.

Monte Regius

Diuisio Monte Regij nõ congruit ĩ sphæra obliqua

ratione temporis, quia in omni quarta sphæræ ntur sex horæ inæquales simul cum æqualibus ceptos in ipsis domibus per-

1. ratio.

petuò maiores, vel minores; cum horæ inæquales debeant domos terminare, vt in omni hemiciclio quartæ, cognoſcatur numerus partium Zodiaci, ſicut docet Ptolemæus cap. 15. lib. 3. pluries ſupra citato.

2. ratio

Secundò non congruit propter diſſonantiam armoniæ in locis prorogatorum, & in circulis. Ptolemæus enim cap. 11. eiuſdem libri diſcernit loca prorogatorum ex affinitate per aſpectus ad primam domum, quam Vndecima hexagono, Decima tetragono, Nona trigono, Septima diametrali intuentur: Duodecima verò, & Octaua, defectu intuitus ad Primam, à prorogationis dignitate ſunt reiectæ. Qua Cœli intercapedinis ſtante conuenientia, cum numerus domorum duodecim exordiatur à prima, requirit armonica diſtributio, vt æquales, & pares omnibus numeris; alioquin ſimilit

Loca prorogatorum.

12. *Domus quare ſunt æquales.*

& affinitas aſpectuum non conſeruaretur adæquatè de, ſi aliqua domus eſſet maior, vel minor alterti tuò, & inuariabili ſitu, ſequeretur ipſarum dom confuſio, quia vna pars minoris domus ſtatueretur terminos maioris, vel è conuerſo; nempe ſi duoi ſtatuatur minor, pars illius prò complemento tatis eſſet comprehenſa in vndecima, atque pe decima non eſſet locus totalis prorogationis, & Duodecimæ eſſent admixta cũ iuribus Vndecimæ eſt abſurdum maximum, & artis deſtructio. Sed Regius probl. XV. dicit vnam domum poſſe e rem altera, quando talis magnitudo eſt perpetua riabilis, ſicut fit in aſſumpta diuiſione, quàm ipſe tionalem, cum ſit contra omnem rationem ſpheral moniæ.

Insuper non congruit, propter dissonãtiam harmoniæ in coordinatione Circulorum; quoniam tota sphæra ità disposita est, vt quilibet Circulus magnus non transeat harmonicè per alium Circulum magnum, nisi transeat per Polos eius, super quem transit. Hoc ordine Horizon transit per Meridianum, Meridianus per Horizontem, Coluri per Zodiacum, sed Circuli, quos ponit ipse transire per Æquatorem, non transeunt per Polos eius, sed per intersectiones Horizontis, & Meridiani, quæ intersectiones non sunt Poli Æquatoris in sphæra obliqua, sed tantùm in sphæra recta; tunc enim coincidunt cum Polis Mundi, de quo situ sphæræ rectæ loquitur Ptolomæus lib. tertio cap. 15. dicens. *Æquator eodem ordine inclinatur, vt supra, &c.* Sequitur ergò dissonantia ex horum Circulorum per Æquatorem transitu, quia non transeunt per Polos eius, ac perinde non secant Æquatorem, ad gradus plenos.

3 ratio de transitu circulorũ per Aequatorem.

Quartò nullus Circulus positionis, tali modo imaginatus, potest esse distinctiuus numeraliter domorum respectu signorum Zodiaci; quoniam eius partes semper transeunt inæqualibus temporibus vbique, vt dicit Ptolemæus, loco citato: vnde ad distinguendum domos requiritur tempus, quod mẽsurat motum Æquatoris quomodocumque dispositi, & per tempus cognoscitur motus Zodiaci, qui habet distinguere domos in duas horas temporales semper; ergò irrationabiliter ponuntur circuli domorum transeuntes per Æquatorem.

4. ratio de tempore.

Duplex excusatio de Circulis positionum

Sed MonteRegius duplicem excusationem posset afferre de horum Circulorum imaginatione, & positione, quarum altera respicit facilitatem, & amplitudinem

ſupputationum in omnibus operationibus Aſtronomicis, de qua re ſæpè gloriatur. Altera verò reſpicit facilitatem cognoſcendi declinationes, & latitudines omnium corporum Cœleſtium; non enim abſque latitudine (ſecũdum ipſum) poſſunt inueniri veri ſitus Lunæ, Planetarum, & aliorum Syderum, & præſertim quia latitudo facit aberrare in diſtantijs Lunæ, & Planetarum à cuſpidibus, quod maximè refert ex ijs, quæ dicta ſunt in ſecundo capitulo: per hos autem Circulos imaginantur alij conſimiles æquidiſtantes, tranſeuntes per ipſa corpora ſyderum; vnde facili abaco inueniuntur, & conſequenter eorum latitudines.

Reſponſio ad excuſationes.

Quas excuſationes, non ſolum oſtendemus nullas eſſe, ſed etiam ſecundam de latitudine fuiſſe artis corruptiuam; de facilitate autem, & calculorum amplitudine, quibus MonteRegius adhibuit totum ſtudium, carpit Campanum, & Gazulum, quòd reducere ad calculum earum domorum diuiſionem, non exiguam præſeferat difficultatem. Reſpondit Orontius Phinæus, in libello de partitione duodecim domorum Cœleſtium cap. ſeptimo ad argumenta MonteRegij contra Campanum, vbi omnia argumenta retorquet contra ipſum MonteRegium, reſpondit igitur de difficultate calculorum, dicens; Nec facit ad rem, facilis, aut difficilis traditus domificandi calculus; ex quo ratiocinandi modo ſubinfertur, hunc, non exactè ſupputandi rationem expræſſiſſe: ergò propoſita domorum deſignatio reijcienda eſt, multa enim ſunt vera, atque certa, quæ nihilominus calculo videntur eſſe difficillima. Nunquid pro Calculorũ facilitate dimitti debet poſitio phyſica? De facilitate calculi ſatis.

Ad

Ad latitudinem quod attinet, valde quippè mirum eſt, quòd à ſeculis antiquis nemo Chaldeorum, nemo Ægyptiorum, nemo Ptolemaicus à temporibus eiuſdem Ptolemæi, vſque ad Monte Regium aſſumpſerit Lunæ, & Planetarum latitudines, neque ad alium ſitum, quàm eum, quem gradus Eclipticæ per longitudinem oſtendit, neque ad vſum in ſupputationibus temporum: ſolus Monte Regius nouam hanc, & corruptiuam varietatem introduxit; qua de re hoc in loco paulo prolixam enarrationem facere opere pretium duxi, vt eluceſcat veritas, & per eam ars reſtituatur in ſuum priſtinum phyſicum candorem. *De latitudine reijciẽda.*

Eſt autem in primis prælibandum, quòd latitudo eſt diſtantia Planetæ ab Ecliptica, qui tamen Planeta in ſuo latitudinis ſitu reſpicit eum gradum Eclipticæ ſuper quem ad Polum Zodiaci vſque circulum tranſire imaginatur, & inter corpus Planetæ, & prædictum gradum communicantur viciſſim vires, & virtutes, gradus, & Planetæ; & quanto magis ab ipſo gradu Eclipticæ elongatur Planeta, tanto magis fit languidior, & quanto plus ad eum gradum accedit tanto plus fit potentior: ideò Antiqui Aſtronomi ſemper locuti ſunt hoc modo, neglecta latitudine, talis Planeta eſt in tali gradu, talis Planeta eſt in Cuſpide C. M. vel alterius domus, ità, vt longitudo gradus Eclipticæ, abſque latitudine, diffiniret ſitum Planetæ in Zodiaco. Hoc modò igitur circumſcripta latitudo ſpectat ad phyſicam rationem; deducitur etiam ab ipſo Ptolemæo, vt dicetur poſteà. *Latitudo quid*

Quomodo intelligatur latitudo.

Sed Monte Regius per latitudines Planetarum remouet eos à vero gradu longitudinis Eclipticæ, & ponit *Error ab Ecliptica.*

ſub

ſub alio gradu non indicato ab Ecliptica in figura Cœleſti, vt ſi Cœli Medium ſit o. o. ♈, & ibi ſit Planeta cum latitudine ſex graduum, hic Planeta habebit aliun gradum pro C. Medio, ac perinde C. M. figuræ ſecundun ipſum non ſpectat ad illum Planetam, quod eſt contra vſum omnium Aſtronomorum, & ex tali imaginatione, vel abuſu ſequeretur totalis deſtructio artis; quoniam fieri poteſt, vt Luna habeat quinque gradus latitudinis Mars 6. Venus 6. Saturnus 2. Iuppiter 2. Mercurius 3. & omnes ſint poſiti apud aliquam cuſpidem, quc in caſu ignorabitur cuſpis omnium; quia opportebit inueſtigare cuſpides ſpectantes ad latitudines eorum, & figura facta redderetur omninò vana, & forſan reperiretur propter latitudinem Planeta in domo, in qua non eſt. Sed ſi talis conſideratio latitudinis eſſet obſeruanda tunc omnes quot quot conſtructionem Cœleſtis figura docuerunt, debebant docere aſſummere gradus Eclipticæ cum latitudine Planetarum in eiſdem repertorum; ſed nemo hoc docuit, non Ptolemæus, non alius, neque Monte Regius. Hinc liquet, quod talis vſus latitudinis eſt, deſtructiuus artis.

Quoad latudinẽ, quare vanæ ſint figuræ.

Roboſatio.

Amplius in temporibus diffiniendis, quæ Ptolemæus, nunquam adhibita latitudine, diffiniuit. Præſtitit hoc per horaria tempora graduum Eclipticæ in doctrina, & exemplis nulla nullibi facta mentione latitudinis; aut enim cognouit latitudinem eſſe de integritate artis, aut non; dicere quòd non, ſi fuiſſet, fieret iniuria tanto Viro ſupremo Artifici, eſſetque temeritas, vel ſtultitia; dicere verò quod cognouit eſſe de integritate, vel ſaltem de vtilitate artis, ſed non docuit; & cur non docuit?

Dubitatio.

reſpon-

eſpondet MonteRegius, propter calculorum difficultatem, ne homines deterriti deſperarent. Vah quàm futilis cauſa rem tacendi tanti momenti; & præſertim cum ibidem eſſet tunc temporis ars Arithmeticæ inſigniter florida, & in viridi ſtudio; ſi verò non docuit, cur non ſcripſit? & ſi non ſcripſit de obiecto actualiter, & continuè coniuncto cum ſuo Magiſterio, vt eſt latitudo, ſine qua vix inuenitur Luna, aut aliquis Planeta, cur non opinamur, quòd latitudo non ſit alterius conſiderationis, præter eum modum, qui traditur in ſua doctrina? Ad hoc Monte Regius forſan reſponderet à loco Topico, ſcilicet arguere ab auctoritate negatiuè, nihil ſequitur: quod verum eſt, quando res relicta in aliqua doctrina non ſit de integritate illius doctrinæ. Si enim Ptolemæus, cognouiſſet tantam latitudinis vtilitatem, & tacuiſſet, tunc fuiſſet deceptor, artiſque coruptor, cum ſint intollerabiles differentiæ in ſupputationibus annorum cum latitudine, & abſque latitudine factis; quarum exempla hoc in loco non afferam, cum haud ſint noſtri inſtituti.

Reſpõſio Mõte Regij.

Argumẽtũ.

Reſpõſio M. Regij.

Inſuper Ptolemæus ex obſeruationibus factis ab antiquis Aſtronomis, quæ per deductiones ſecundorum locorum ad prima fiunt, redegit artem, & nemo veterum Sapientum in his operationibus latitudines adhibuit; ſed neque à Ptolemæi obitu, vſque ad ipſum MonteRegium vllus Aſtronomus aſſumpſit in directionibus: ars tamen in præclara illa antiquitate erat celebrior, & in magna exiſtimatione. Quod ſi propter difficultatem operandi Ptolemæus, & veteres ſapientes latitudines aſſumere non docuerunt, cur licuit hoc ipſi

Nemo veterũ adhibuit latitud. in direct.

Monte

MonteRegio, in cuius æuo, & Regione neglecta fer iacebat Arithmetica, & Mathematica? Si autem ipſ MonteRegius diceret, quòd concordantia euentuum coegit eum ad aſſumendam latitudinem, non enim cre dibile eſt virum ſummi iudicij, ſummo ingenio prædi tum, temerè, & abſque cauſa permotum fuiſſe ad inno uandam Aſtronumiam per additionem Calculorum cum latitudinibus errantium, id, quòd ante ipſum nor fecerat Alphonſus Rex Aſtronomiæ corrector, neque

Tres Cardinales.

Cardinales, illi tres doctiſſimi Theologi, Philoſophi, & Mathematici, qui circa tempora eiuſdem Monte Regij floruerunt inſigniter, Cuſanus, Nicænus, & Aliacenſis. Si igitur MonteRegius ipſe primus, ipſe ſolus, poſt tot eximios viros, latitudinem ad calculos addidiſſet, abſque cauſa temerè proculdubiò feciſſet; quod de tanto viro opinandum nefas; neque alia cauſa potuit ipſum mouere, niſi congruentia euentuum in eiſdem præciſis tempori-bus per ſupputationes collectis, quemadmodum qui ſuo-rum librorum ſtudio ſunt addicti, id ipſum affirment, vt Dominus Franciſcus Leuera Romanus præclaro ingenio præditus, & I. V. Doctor Anſuinus Talianus Macerate-tenſis Matheſeos peritiſſimus.

Sed neque propter hanc cauſam inuentio latitudinis cautè facta eſt; etenim tabulæ Alphonſinæ ità fallaces erant tempore Monte Regij, ſicut nunc, quod Cardina-lis Cuſanus vulgauerat paulòprius, Saturnum abundare grad. 2. 37. Iouem grad. 1. 37. Martem grad. 2. 37. Venerem, & Mercurium aberrare grad. 4. vel 5. cum autem latitudo modò addat, modò minuat longitudi-nem, plerumque fieri potuit, quòd latitudo corrigeret

longitudinem, ac perinde euentus concordabant sæpè cũ supputationibus. Verùm post Nicolaum Copernicum hoc nõ accidit, quippe qui Syderum loca restituit cũ fallacia paucorum minutorum, exiguam varietatem inducentium, & multo minus post restitutam Astrologiam à Thicone; quoniã latitudo illa, quę olim poterat corrigere longitudinem Planetarum, ex Tab. Alphonsi depromptã, nunc tantundem induceret errorem. Ideò asserendum est profectò, quòd respectu Astronomiæ veræ, & absolutæ, erroneè sit introductus vsus latitudinis vtroque modo dicto, & præsertim, quòd ab æuo MonteRegij vsque ad nostrum, syderum scientia sit ferè exosa, & modicæ fidei tota Europa apud prudentes. Porrò arbitrandum est onteRegium, cum scripserit super Almagestum Ptole- fuisse Mathematicum laude dignum, sed in natura- hilosophia non excedentem, quemadmodum indi- argumenta, quæ fecit contrà Campanum; sunt enim is ponderis, sicut, & rationes, quas adducit pro vsu dinis: qui si ignorauit cuspides domorum iuxtà mæi decreta, qua ratione credi potest, quòd diffi- sciuisset? Sunt autem aliqui Patrocinium Mon- gij suscipientes, qui pro eius Tutela adducunt tex- Ptolemæi, lib. primi cap. de applicationibus, ac de- us, in quo Ptolemæus habet hæc verba. *Non admit- us, nisi eos congressus, qui fiunt per mediam lineam; in rationibus autem non ita, quia vndecunque mittuntur ra- Centrum tenduns*. Hunc locum attulit pro Monte , Perillustris ac R. D. Abbas Felix de Siluestris anus, eruditione præclarus, & R. Dominus Iaco- erius Regiensis, vir prudens, doctus, ac iudicio pollens.

vsus latitudinis erroneè introductus

pollens. Qui textus est difficillimus, & vix inuenietur alius difficilior in omnibus quatuor libris; videturque fauere MonteRegio. Tamen non est ita, si rectè percipiatur sensus eius. Posuerat enim conditiones applicationum, & defluxuum; quòd nimirum ità sint propinquæ, vt semidiametri platicè saltem coniungantur: deinde ponit differentiam inter applicationes, & defluxus, quæ, seu qui fiunt per aspectus, & coniunctiones; in coniunctionibus enim, non solum est obseruanda propinquitas dicta, sed etiam vicinitas Ecliptícæ. Etenim iuxtà propinquitatem, vel remotionem ab Ecliptica sunt potentiores, vel debiliores; quia coniunctiones, quæ fiunt in ipsa Ecliptica, sunt omnibus numeris potent & dicuntur coniunctiones absolutè, simpliciter, & excellentiam: in applicationibus autem, & deflui, quæ, seu qui fiunt per aspectus hoc superuacaneum obseruare; quia vndecunque mittantur radij, adhuc tendunt eisdem viribus essentialiter consideratis. Coniunctiones etiam considerantur duobus modis, alię sunt, quæ fiunt in plano Zodiaci apud Ecliptícam sunt, quæ fiunt per corpora partiliter in eodem Zodiaci, vel forsan etiam extrà Zodiacum, & sunt gis remotæ ab Ecliptica. Sunt autem tanti robo læ, quæ fiunt in ipsa, vel apud Ecliptícam; quòd non sint omninò partiles secundum longitudinem titudinem, sunt tamen fortiores omnibus alijs, in remotiori distantia ab Ecliptica secundum l dinem, & latitudinem: ideò exaltat coniunctione fiunt in Ecliptícæ, vt cognoscantur vires earum fiunt propè, nam inter sexcentas, vix inuenien

Cõiunctiones in Ecliptica sũt potẽtiores cæteræ minus.

Cõiunctiones duobus modis cõsiderãtur.

quæ fiant in Ecliptica: textus igitur prædictus facit ad discernendum vires syderum habentium maiorem, vel minorem latitudinem. Id ipsum voluit dicere Ptolemæus cap. de Anaretis libro tertio, vbi docet obseruare Planetas habẽtes contrariam latitudinem, in quo casu non accidit absciſſio, de qua loquitur ibi propter debilitatẽ, &c. MonteRegius igitur non rectè latitudinem, vt superius diximus, obseruandam tradidit, nulla suffultus auctoritate Ptolemæi, vel antiquorum, neque phisica ratione; trahens ob suam per totam Europam, euulgatam famam innumeros professores; tametsi innumeris deceptionibus correpti sint, specie recti, & vana hominum opinione viri sapientis; qui etiam in facili domorum partitione defecit enormiter. Orontius Phinæus in libello supracitato reprobat suam domificandi rationem; & errores suos retegit Auctor Anatomiæ Cœlestis: sed differentia suæ diuisionis à Ptolemæo, patet hic ad oculum; inspecto nimirum exemplo, quod claram ostendit veritatem, licet in alijs inuentionibus sit meritò laudatus.

Latitudo contraria Planetarum.

Repetatur Exemplum superiùs allatum 1555. die 14. Iunij Hor. 6. 57. P. M. sub Polo 45.

	MonteRegius.			Differentia.	
	G.	M.		G.	M.
Dom. XI.	10	10	♈	2	31
Dom. XII.	29	54	♈	4	28
Dom. IX.	11	17	♍	1	13
Dom. VIII.	24	35	♋	4	44

De diuisione Domorum quid senserint Hieronymus Cardanus, & Dauid Origanus. Cap. XIII.

Partitio domorum duarũ horarũ inequaliũ est magis cõgrua euẽtib.

HIERONYMVS Cardanus, qui de tot rerum subtilitate à se inuentarum volumen ædidit; cum commentaria in Ptolemæi quadripartitum fecerit, oblata erat ei non leuis occasio perscrutandi naturalem domorum partitionem, ad mentem eiusdem Ptolemæi Auctoris, & præsertim cum super cap. 15. libri tertij comprobauerit eandem, quæ est magnitudinis duarum horarum inæqualium, quam vocauit antiquam: & in calce capitis vltimi, primi libri, hanc esse dixit naturalem, & magis respondentem euentibus. Nihilominus modum, diuidendi domos ad eandem partium quantitatem, adinuenire nequiuit; sed decepit eum modus Alcabitij, vt testatur exemplum scriptum ab eo cap. citato vltimo primi libri. Et quod magis mirum est in viro isto, adeò fuit anceps in hac domorum limitatione, vt aliquandò firmiter adhæserit Iulio Firmico, publici iuris faciens librum plurimarum figurarum cum corde Cœli; sæpè etiam assumpsit modum Alcabitij, & sæpissimè formam Monte Regij, quam vocauit nouam: Tandem libro quarto quadripartiti cap. vltimo in calce, reiecit omnes diuisiones præter duas incertas, dicens, quòd hæc est difficultas maxima in tota Astrologia, vt

Diuisio domor. est difficultas maxima in tota Astr.

non

non possit resolui, quis sit verus modus diuidendi domos, nouus, vel antiquus.

Dauid Origanus etiam in parte suarum Ephemeridum de motibus, hanc difficultatem relinquit sub iudice, afferens, & declarans plurimarum diuisionum exempla, arbitrio, seu iudicio artificum remittens modum, quem sequantur. *Origanus.*

Ioannes de Rojas cap. secundo in Comment. Planispher. dicit, in partitione domorum extra angulos, congruere illud comicum; *quot homines, tot sententiæ.*

Veruntamen cum in omni genere detur vnum primum, quod est regula, & mensura omnium aliorum, teste Arist. 10. Met. text. Com. secundo; & nullum aliud primum in proposita partitione reperiatur metrum, adæquatum, & omnibus numeris absolutum præter hoc, quod præbent præsentes nostræ Tabulæ, fateri necesse est illud esse, quod è medio tollit omnem controuersiam, ambiguitatem, & litem. Etenim deducitur manifestè ex præcedentibus, quòd Alcabitius, Alphonsus Rex, Stephlerinus, Porphyrius, Maginus, & Clarissimus Didacus adhæserunt Ptolemæo, & quantum in eis fuit, mensuram domorum quæsierunt ad magnitudinem duarum horarum inæqualium, quamuis non adinuenerint. *Iste modus diuidẽdi domos tollitõnẽ controuersiam.*

Sed Io. Stadius Mathematicus Illustris, in Introductione ad suas Ephemerides ostendit, cap. de Domibus, se cognouisse amplitudinẽ, & partitionẽ Domorũ debere esse duarum horarum inæqualiũ: Tabulas tñ non cõdidit, neq; modum eas condendi tradidit: quas Tabulas, & modum nunc damus exquisitũ. Et si essent in humanis isti homines proculdubio nunc probarent, laudarent, ad vsumque *Io. Stadius.*

adhi-

adhiberent. Reliqui autem Aſtronomi primæ Claſſis qui acumine intellectus ſublimi præditi erant (quemac modum cenſendum eſt) ob eorum inuenta, & additamẽ ta in Mathematicis præclara, cur Ptolemæi partitionei non poſuerunt ad trutinam? non expenderunt? non exa minarunt? non more ſceptico reprobarunt? ac nullu verbum fecerunt de re tanti ponderis? à quà tota dign tas facultatis Aſtronomicæ pendet, & ab eo tradita e ſummo Artifice, in cuius verba iurarunt, quem titul Principis meritò decorarunt, & in omnibus (vt ſil vindicat) ſequuntur tanquam magiſtrorum magiſtrum præſertim, quòd eam ſtatuiſſet domorum diuiſionem quam ab experta antiquitate deprompſerat, probaue-

Domorũ ambigua diuiſio producit Artis vanitatẽ.

ratque, aliaque artis ſuperflua, vel ſine naturalibu cauſis exercita ab arte exploſerat. Et propterea huiu modi domorum diuiſio ambigua, deducta eſt in tantai opinionum varietatem, vt forſan hoc maximo defect Ars incurrerit in nomenclaturam vanitatis, & in irriſio nem gentium; quique ſtudium eius amplectuntur mo dum ignorantes quem ſequantur, ſemper ambigui Ar tem abijciunt, & auerſantur.

Quid enim clarius cerni poteſt in iſto ſpeculo, quo in conſpectu neothericorum Aſtronomorum, hic infe rius proponimus? quod varias refert adinuentiones diui dendi Domos, quarum calculus vnius, & eiuſdem f guræ oſtendit differentias inter eoſdem Auctores, & receſſu, ſeu à diſtantia duarum horarum inæqualiur Ptolemæi. Diſcernent igitur hic prudentes impoſterum cui adhærere debeant.

Sup-

Supputationes variæ vnius, & eiusdé figuræ à prædictis Auctoribus assũptæ; cum nouissima Auctoris.

Caput XIIII.

ECCE (amice lector) Speculum promissum comprehendens, ostendensque supputationes omnes, secũdum regulas, & calculos eorum Auctorum, quos suprà in discussiolas, & nouissimè nostram: cum differentia à duanem habuimus, & nouissimè nostram: cum differentia à duabus horis inæqualibus, ad mentem Ptolemæi pro qualibet domo. Eius constructio itidem desumpta est ex dato tempore in primo mobili Magini, vt suprà.

SPECVLVM.

Anno Domini 1555. *die* 14. *Iunij Hor.* 6. 57. *P. M. sub Polo* 45.

	Iulius Firmicus		Differentia		Porphyrius		Differentia.	
	I G.	M.	I G.	M.	II G.	M.	I G.	M.
Dom. XI.	21	28 ♈	8	54	9	5 ♈	4	50
Dom. XII.	21	28 ♓	21	7	0	16 ♓	1	18
Dom. IX.	21	28 ♍	8	31	9	6 ♍	3	22
Dom. VIII.	21	28 ♌	20	3	0	17 ♌	0	4
	Camp. & Gazul		Differentia.		Monte Regius		Differentia.	
Dom. XI.	5	42 ♈	7	31	11	10 ♈	2	31
Dom. XII.	24	0 ♈	11	34	29	54 ♈	4	28
Dom. IX.	22	41 ♍	7	45	11	17 ♍	1	13
Dom. VIII.	8	32 ♌	7	54	24	35 ♋	4	44

Domus

Cap. XIIII.

RESIDVVM SPECVLI.

	Alchabitius	Differentia.	Alphonsus Rex	Differentia
	G. M. S.	G. M. S.	G. M. S.	G. M. S.
Dom. XI.	10 19 ♈	3 29	10 36 ♈	3 10
Dom. XII.	1 26 ♓	2 44	1 50 ♓	1 30
Dom. IX.	6 6 ♍	5 28	5 50 ♍	5 39
Dom. VIII.	27 13 ♑	2 29	27 14 ♑	2 28
	Io. Stephlerinus	Differentia	Io. Ant. Mag.	Differentia.
Dom. XI.	10 ferè ♈	3 50	13 22 ♈	0 6 11
Dom. XII.	1 30 ♓	2 32	3 24 ♓	0 12 0
Dom. IX.	5 28 ♍	5 56	12 53 ♍	0 0 36
Dom. VIII.	28 0 ♑	1 12	29 40 ♑	0 17 33
	Clariſs. D. Ven.	Differentia.	Hilarius Altobell.	Differentia.
Dom. XI.	13 32 12 ♈	0 4 1	13 28 11 ♈	0 0 0
Dom. XII.	3 35 10 ♓	0 0 50	3 36 ♓	0 0 0
Dom. IX.	13 1 20 ♍	0 7 44	12 53 36 ♍	0 0 37
Dom. VIII.	29 55 21 ♑	0 2 12	29 57 33 ♑	0 0 0

In ſequentibus capitulis tractabimus de compoſitione, ac de mirabili vſu noſtrarum Tabularum: quibus qui vſus fuerit, non ſe pœnitebit, prout experientiæ candidum lumen ſibi claruiſſe confeſſus erit.

De

De Compositione harum Tabularum. Cap. XV.

QVAMVIS pro compositione nostrarum Tabularum non requirantur operationes Arithmeticæ Laboriosæ, vel numerorum maxima- summarum; vt sunt plurimæ fractiones variè di- tæ, vel disquisitiones, & solutiones triangulorum ficorum per rectas lineas, quæ in exiguo mentis lap- ariunt errores, & confusiones: Sunt tamen admini- ones numerorum, quæ fieri debent numero, tot vi- amque prolixè, vt pariant tedium in mente, ac la- maximum. Nos ideò in simili hac nostra ætate supputatorum carentes, nequiuimus construere s sub omni Polorum graduali eleuatione, saltem Europæ: Sed tantum construximus ad has ele- s, nimirum ad grad. 37. 40. 42. 43. 44. 45. 54. quę sufficere quidem possunt (adhibita par- portionali) pro gradibus intermedijs. Nihilomi- t vnusquisque in sua Regione construere valeat am Tabulam, libet nunc docere modum breuio- uantum fieri potest, supputandi tabulas, & or-

dinandi; tametsi Viro ingenioso sufficere possint ea, quæ suprà dicta sunt cap. 4.

Dispositio horariorũ temporum.

Primò igitur, pro dispositione horariorum temporum, scribantur duo signa simul pro vna, & eadem Columna, quorum gradus sint æqualis potentiæ, qui gradus vocantur ab Astrologis Antiscia, vt sunt.

♈ ♍	♉ ♌	♊ ♋	♎ ♑	♓ ♒	♐ ♑

Et horum signorum anteriorum scribantur gradus ordine recto, vsque ad 30. signorum verò posteriorum scribantur gradus ordine retrogrado vsque ad 30. ita vt 0. ♈ respondeat 30. ♍ & 0. ♍ respendeat 30. ♈ & sic de omnibus, vt in exemplo sequenti.

Secundò, Horum omnium graduum inuenien sunt Horaria tempora diurna, quæ vt Tabulæ exactæ inueniri debent hoc modo.

Modus inueniẽdi arcus diurnos, integr. & horaria tẽpora.

In Tabulis Ascensionum obliquarum, quære tab ad eleuationem Poli tuæ regionis, vel eleuationis Poli ius tabulã conficere est in mente; & subtrahantur siones obliquæ omnium graduum signorum, ab As nibus obliquis graduum signorum oppositorum, beantur arcus diurni integri diuidendi per 12. ex q uisione insurgunt horaria tempora. EXEMPL

In Tabula Ascensionum obliquarum ad eleuati Poli grad. 43. subtraho Ascensionem obliquam 3. ♊ quæ est 40. 10. ab Ascensione obliqua grad quæ est 261. 43. & remanet totus arcus diurnus 33. hunc arcum resoluo in minuta multiplicando dus per 60. & producitur hic numerus 1260.

do 33. minuta, & producitur hic numerus 13293. hunc diuido per 12. & exit in quotiente 1107. $\frac{9}{12}$ & quia numerator ideſt 9. excedit dimidium denominatoris, ſeu diuiſoris 12. ideò accipio 9. pro vno integro, & dico dictum numerum 1108. & ſemper ſi loco numeri 9. fuiſſet 6. 7. 8. 10. 11. pro integra vnitate acciperem, ſed ſi loco 9. fuiſſet 2. 3. 4. 5. negligerem.

Notandum in diuiſione per 12.

Deinde numerum in quotiente productum, nempe 1108. diuido per 60. & exeunt in nouo quotiente horaria tempora quæſita in gradibus, & minutis 18. 28. quæ horaria tempora ſeruiunt duobus gradibus, ſcilicet 3. ♊ & 27. ♋. vt conſpici poteſt in exemplo ſequentis tabulæ infrà poſitæ, & hoc modo omnium graduum oportet eruere horaria tempora, quæ numero erunt 180. ſeu ad medietatem ſignorum Zodiaci.

Sed cum minori labore, factis horarijs temporibus vſque ad totũ ſignum Geminorũ; reliqua fieri poterũt per ſubtractiones exceſſus ſuper 15. iam factis, ab ipſis 15. in ſignis oppoſitis.

Notandum in horarijs tẽporibus cõficiẽdis.

EXEMPLVM.

Volo horaria tempora grad. 3. ♌. ad eleuationem Poli gr. 43. quæro in tabula horariorum temporum gradum oppoſitum, nempe 3. ♈. & video habere horaria tempora ſuper 15. vndecim, & hunc numerum 11. ſubtraho à 15. & remanent horaria tempora quęſiti gradus oppoſiti, nempe 3. ♌ gr. 14. 49. Similiter video gr. 15. ♈. habere horaria tempora ſuper 15. quinquaginta ſex, quem numerum 56. ſubtraho à 15. & remanent horaria tempora illius gradus oppoſiti, nempè 15. ♌ gr. 14. 4.

Rurſus video horaria tẽpora gr. 16 ♉. eſſe gr. 17. 42. exceſſus ſuper 15. eſt 2. 42. quem ſubtraho à 15. & re-

manent horaria tẽpora ſigni oppoſiti, nempè 16. ♑ gr. 12. 18. & ſic de reliquis. Quorum omnium horariorum temporum fiat vna columna, ponanturque per ordinem in directo ad ſuos gradus.

Tertiò horaria tẽpora ſic adinuenta, debẽt multiplicari primò per quatuor, & numerus multiplicatus debet poni per ordinem in altera columna, ità vt ſinguli numeri multiplicati reſpõdeant ſuis horarijs temporibus radicalibus, & gradibus Zodiaci. Deinde eadem horaria tẽpora debent multiplicari per duo, & poni ſingula in alia columna per ordinem; ita vt reſpondeant ſimiliter de directo ſuis horarijs tẽporibus radicalibus, & gradibus Zodiaci, vt ſuprà, quemadmodum conſpicitur in exemplo ſequentis Tabulæ, in calce huius capituli poſitæ.

Pro prima domo inuenienda.

Qui aũt voluerit ex ſua Tabula colligere etiam gradus cuſpidis primæ Domus, debet multiplicare horaria tempora per ſex, & diſponere in ſua propria columna, vt ſuprà; ſed talis operatio eſt ſuperflua, quoniam in domibus quatuor angulorum omnes conueniunt, vt ſuprà dictum eſt pagina 23. Et etiam per Aſcenſiones Rectas, cum additione totius quadrantis 90. acquirũtur omnes quatuor anguli in tabulis Aſcenſionum Rectarum, & obliquarum, vt moris eſt. Hæc ſatis pro diſpoſitione horariorum temporum, quorum tabulam conſtructiuam poſuimus infrà in calce huius capituli, vt ſit ad exemplum omnium; & eſt ad eleuationem Poli gr. 43. Reſtat modò, vt veniamus ad compoſitionem noſtrarum generalium tabularum; vt videatur in praxi, quomodo horaria tempora componant Aſcenſiones Rectas pro cuſpidibus domorum.

Pro

Pro compoſitione igitur noſtrarum generalium tabularum, oportet in facie vnius folij delineare octo columnas, quarum prima in latere ſiniſtro debet eſſe latior reliquis, in qua fieri debẽt tres ordines numerorum, pro tempore à meridie acquirendo. Secunda columna ſit exiguæ latitudinis pro 30. gradibus ſigni Zodiaci, ponendi in fronte eiuſdem columnæ. Reliquæ verò ſex columnæ, ſimilis ſint latitudinis pro domibus, & horarijs temporibus, vt in ipſis tabulis infrà impreſſis conſpici, & concipi poteſt. *De cõpoſitione noſtrarũ tabularum.*

Verùm horaria tempora multiplicata per quatuor componunt Aſcẽſiones Rectas pro cuſpidibus domorum duodecimæ, & octauæ; nam in Tabula Aſcenſionũ Rectarũ debet inueniri Aſcẽſio Recta illius gradus Zodiaci, cuius ſunt horaria tẽpora multiplicata per quatuor, & ab eadem Aſcẽſione Recta ſubtrahi debent prędicta horaria tẽpora multiplicata per quatuor, & reſiduum erit Aſcẽſio Recta duodecimæ domus, quæ debet poni in columna ſignata in fronte, cum ſuo numero x i i. in directo ſui gradus ſigni Zodiaci. Deinde eadem horaria tempora multiplicata per quatuor, addenda ſunt eidem Aſcenſioni Rectæ inuentæ vt ſuprà, & numerus productus erit Aſcenſio Recta pro cuſpide octauæ domus, & poni debet in ſua columna per ordinem ſignata in fronte cum ſuo numero v i i i. *Pro cuſpidibus 12. & Octauę componẽdis.* *Domus 12.* *Domus 8.*

EXEMPLVM.

Ad eleuationem Poli gr. 43. horaria tempora grad. 3. ♊. ſunt 18.28 multiplicata per quatuor, ſunt 73.52. & Aſcenſio Recta 3. ♊ eſt 60. 57. debeo ergo ſubtrahere 73. 52. à 60. 57. ſed quoniam ſubtractio fieri nequit addo totum circulum 360. ipſi 60. 57. & producitur

hic

hic numerus 420.57. à quo ſubtractis horarijs temporibus 73.52. remanet 347.5. hunc numerum pono in ſua propria columna in directo gr. 3. ♊. quæ ſignata eſt in
Pro 12 fronte pro domo xii. Deinde pro viii. Domo eundem numerũ horariorum temporum multiplicatũ per 4. nempe 73.52. addo huic numero, ſeu Aſcen. Rect. 60.57. &
Pro 8. producitur hic numerus 134. 49. quem pono in columna ſignata in fronte pro domo octaua, in directo gradui 3. ♊. Et ità operari oportet in omnibus gradibus Zodiaci cum Tabulis Aſcenſionum Rectarum, & in omnibus horarijs temporibus multiplicatis per quatuor.

Idipſum etiam fieri debet, pro Aſcenſionibus Rectis Domorum xi. & ix. cum horarijs temporibus multiplicatis per duo; nam in quarta Aſcenſionali ſemper fiunt ſubtractiones, ſcilicet pro xii & xi. domibus; ſed in quarta deſcenſionali ſemper fiunt additiones, ſcilicet pro viii. & ix. domibus: vnde exemplum ſuperius ſufficeret, ſed libet ponere exẽplum proprium. Ad eleuationem Poli gr. 43. inuenio horaria tempora gr. 3. Geminorum multipicata per duo: eſſe gr. 36. 56. & Aſcenſio Recta erat 60. 57. à qua ſubtraho 36. 56. & remanet 24. 1.
Pro 11 & eſt Aſc. Recta pro xi domo; quã pono in ſua propria columna ſignata in fronte hoc ſuo numero xi in directo gradui 3. ♊. Deinde eundem numerum 36. 56. addo eidem Aſcenſioni Rectæ 60. 57. & producitur hic nu-
Pro 9. merus 97. 53. & eſt Aſcenſio Recta pro Domo ix. eam igitur pono in ſua propria columna ſignata in fronte, hoc ſuo numero ix. in directo gradui 3. ♊. & ſic de reliquis ſemper per omnes gradus Zodiaci ab 0. 0. ♈. vſque ad 30. ♓ ſeu vſque ad 360.

Tabula

Tabula constructiua ad latitudinem grad. 43.

♈	♍	Horaria tempora	Multiplicata per Quatuor		Multiplicata per Duo		♉	♎	Horaria tempora	Multiplicata per Quatuor		Multiplicata per Duo	
15 3 48	3	27 31	201 57	221 27	260 27	279 57	9 45
16 8 0	4	29 3	203 12	222 36	261 24	280 48	9 42
16 12 13	5	0 ♒ 38	204 35	223 49	262 17	281 31	9 37
16 16 26	6	2 17	205 46	224 56	263 16	282 26	9 35
16 20 40	7	4 0	207 41	226 5	264 13	283 17	9 32
16 24 55	8	5 47	208 25	227 19	265 7	284 1	9 27
16 29 10	9	7 34	209 37	228 27	266 7	284 57	9 25
16 33 26	10	9 27	210 53	229 37	267 5	285 49	9 22
16 37 42	11	11 23	212 5	230 45	268 5	286 45	9 20
16 41 59	12	13 24	213 21	231 55	269 3	287 37	9 17
16 46 16	13	15 25	214 33	233 3	270 3	288 33	9 15
16 50 34	14	17 33	2 5 50	234 14	271 2	289 26	9 12
16 54 52	15	19 47	217 3	235 23	272 3	290 23	9 10
16 59 11	16	22 4	218 19	236 33	273 1	291 15	9 7
17 3 30	17	24 21	219 32	237 42	274 2	292 12	9 5
17 7 49	18	26 44	220 49	238 53	275 1	293 5	9 2
17 12 9	19	29 14	222 2	240 2	276 2	294 2	9 0
17 16 29	20	1 ♓ 45	223 19	241 13	277 1	294 55	8 57
17 20 49	21	4 21	224 24	242 28	278 6	296 0	8 57
17 25 10	22	7 2	225 29	243 23	279 11	297 5	8 57
17 29 31	23	9 45	226 42	344 32	280 12	298 2	8 55
17 33 51	24	12 31	227 47	245 37	281 17	299 7	8 55
17 38 12	25	15 21	228 53	246 43	282 23	300 13	8 55
17 42 33	26	18 15	230 10	247 54	283 22	301 6	8 52
17 46 55	27	21 8	231 15	248 59	284 27	302 11	8 52
17 51 17	28	24 3	232 20	250 4	285 32	203 16	8 52
17 55 38	29	27 0	233 26	251 10	286 38	304 22	8 52
18 0 0	30	0 ♈ 0	234 32	252 16	287 44	305 28	8 52

Tabula Domorum ad mentem Ptolemæi Hilarij Altobelli, ad Latitudinem Graduum 54.

Tempus à Meridie			X ♑	I.		XII.		XI.		IX.		VIII.		Horaria Tempora Diurna.	
H	I	II	G	G	M	G	M	G	M	G	M	G	M	G	M
18	0	0	0	0♈	0	234	32	252	16	287	44	305	28	8	52
18	4	22	1	3	0	235	38	253	22	288	50	306	34	8	52
18	8	43	2	5	57	236	44	254	28	289	56	307	40	8	52
18	13	5	3	8	52	237	49	255	33	291	1	308	45	8	52
18	17	27	4	11	47	238	54	256	38	292	6	309	50	8	52
18	21	48	5	14	39	239	47	257	37	293	17	311	7	8	55
18	26	9	6	17	29	240	53	258	43	294	23	312	13	8	55
18	30	29	7	20	15	241	58	259	48	295	28	313	18	8	55
18	34	50	8	22	57	242	55	260	49	296	37	314	31	8	57
18	39	11	9	25	38	244	0	261	54	297	42	315	36	8	57
18	43	31	10	28	14	245	5	262	59	298	47	316	41	8	57
18	47	51	11	0♉	46	245	58	263	58	299	58	317	58	9	0
18	52	11	12	3	15	246	55	264	59	301	7	319	11	9	2
18	56	30	13	5	38	247	48	265	58	302	18	320	28	9	5
19	0	49	14	7	56	248	45	266	59	303	27	321	41	9	7
19	5	8	15	10	12	249	37	267	57	304	37	322	57	9	10
19	9	26	16	12	27	250	24	268	58	305	46	324	10	9	12
19	13	44	17	14	35	251	27	269	57	306	57	325	27	9	15
19	18	1	18	16	35	252	23	270	57	308	5	326	59	9	17
19	22	18	19	18	36	253	15	271	55	309	15	327	55	9	20
19	26	34	20	20	33	254	11	272	55	310	23	329	7	9	22
19	30	50	21	22	26	255	3	273	43	311	33	330	23	9	25
19	35	5	22	24	13	255	51	274	4	312	39	331	33	9	27
19	39	20	23	26	0	256	43	275	47	313	55	332	59	9	32
19	43	34	24	27	42	257	34	276	44	315	4	334	14	9	35
19	47	47	25	29	21	258	29	277	43	316	11	335	25	9	37
19	52	0	26	0♊	57	259	12	278	36	317	24	336	48	9	42
19	56	12	27	2	29	260	3	279	33	318	31	330	3	9	45
20	0	24	28	4	0	260	58	280	32	319	40	339	14	9	47
20	4	35	29	5	28	261	41	281	25	320	53	340	37	9	52
20	8	45	30	6	54	262	32	282	22	322	2	341	52	9	55

Tabula Domorum ad mentem Ptolemæi Hilarij Altobelli, ad Latitudinem Graduum 54.

Tempus à Meridie	X ♒	I.	XII.	XI.	IX.	VIII.	Horaria Tempora Diurna.
H / //	G	G M	G M	G M	G M	G M	G M
20 8 45	0	6 ♊ 54	262 32	282 22	322 2	341 52	9 55
20 12 54	1	8 17	263 14	283 14	323 14	343 14	10 0
20 17 3	2	9 38	264 8	284 12	324 20	344 24	10 2
20 21 11	3	10 57	264 50	285 4	325 32	345 46	10 7
20 25 18	4	12 15	265 30	285 56	326 44	347 8	10 12
20 29 25	5	13 29	266 22	286 52	327 52	348 22	10 15
20 33 3	6	14 41	267 4	287 44	329 4	349 44	10 20
20 37 36	7	15 52	267 45	288 35	330 15	351 5	10 25
20 41 41	8	17 1	268 38	289 32	331 10	352 14	10 27
20 45 45	9	18 9	269 19	290 23	332 31	353 35	10 32
20 49 48	10	19 16	269 59	291 13	333 41	354 55	10 37
20 53 50	11	20 22	270 40	292 4	334 52	356 16	10 42
20 57 52	12	21 26	271 21	292 55	336 3	357 37	10 47
21 1 53	13	22 29	272 1	293 45	337 13	358 57	10 52
21 5 53	14	23 31	272 41	294 35	338 23	0 17	10 57
21 9 51	15	24 25	273 21	295 25	339 33	1 37	11 2
21 13 51	16	25 28	274 1	296 15	340 43	2 57	11 7
21 17 49	17	26 27	274 48	297 8	341 48	4 8	11 10
21 21 47	18	27 24	275 27	297 57	342 57	5 27	11 15
21 25 44	19	28 20	276 6	298 46	344 6	6 46	11 20
21 29 40	20	29 15	276 45	299 35	345 15	8 5	11 25
21 33 35	21	0 ♋ 9	277 24	300 24	346 24	9 24	11 30
21 37 29	22	1 1	278 3	301 13	347 33	10 42	11 35
21 41 23	23	1 54	278 33	301 57	348 45	12 9	11 42
21 45 16	24	2 46	279 12	302 46	349 54	13 28	11 47
21 49 9	25	3 37	279 50	303 34	351 2	14 46	11 52
21 53 1	26	4 28	280 28	304 22	352 10	16 4	11 57
21 56 52	27	5 17	281 6	305 10	353 18	17 22	12 2
22 0 42	28	6 7	281 43	305 57	354 25	18 39	12 7
22 4 33	29	6 56	282 21	306 45	355 33	19 57	12 12
22 8 23	30	7 43	282 58	307 32	356 40	21 14	12 17

Tabula Domorum ad mentem Ptolemæi Hilarij Altobelli, ad Latitudinem Graduum 54.

Tempus à Meridie			X	I.		XII.		XI.		IX.		VIII.		Horaria Tempora Diurna.	
H	′	″	G	G	M	G	M	G	M	G	M	G	M	G	M
22	8	23	0	7	43	282	58	307	32	356	40	21	14	12	17
22	12	12	1	8	30	283	35	308	19	357	47	22	31	12	22
22	16	0	2	9	17	284	12	309	6	358	54	23	48	12	27
22	19	48	3	10	3	284	49	309	53	0	1	25	5	12	32
22	23	35	4	10	49	285	22	310	38	1	0	26	26	12	38
22	27	22	5	11	34	285	51	311	31	2	11	27	51	12	45
22	31	8	6	12	19	286	28	312	8	3	28	29	8	12	50
22	34	54	7	13	4	287	5	312	55	4	35	30	25	12	55
22	38	39	8	13	47	287	41	313	41	5	41	31	41	13	0
22	42	24	9	14	32	288	17	314	27	6	47	32	57	13	5
22	46	8	10	15	15	288	53	315	13	7	53	34	13	13	10
22	49	52	11	15	58	289	21	315	55	9	3	35	37	13	17
22	53	36	12	16	41	289	57	316	41	10	9	38	53	13	22
22	57	20	13	17	23	290	33	317	27	11	15	38	9	13	27
23	1	3	14	18	4	291	9	318	13	12	21	39	25	13	32
23	4	46	15	18	46	291	44	318	58	13	26	40	40	13	37
23	8	28	16	19	28	292	20	319	44	14	32	41	56	13	42
23	12	10	17	20	9	292	43	320	23	15	43	43	23	13	50
23	15	52	18	20	49	293	19	321	9	16	49	44	39	13	55
23	19	34	19	21	30	293	54	321	54	17	54	45	54	14	0
23	23	15	20	22	10	294	30	322	40	19	0	47	10	14	5
23	26	56	21	22	50	295	5	323	25	20	5	48	23	14	10
23	30	37	22	23	31	295	40	324	10	21	10	49	40	14	15
23	34	18	23	24	11	296	7	324	51	22	19	51	3	14	22
23	37	58	24	24	50	296	42	325	36	23	26	52	18	14	27
23	41	39	25	25	30	297	17	326	21	24	29	53	33	14	32
23	45	19	26	26	10	297	52	327	6	25	34	54	48	14	37
23	48	59	27	26	49	298	30	327	51	26	39	56	0	14	42
23	52	40	28	27	28	299	2	328	36	27	44	57	18	14	47
23	56	20	29	28	7	299	25	329	15	28	55	58	45	14	55
24	0	0	30	28	46	300	0	330	0	30	0	60	0	15	0

Tractatus de syderum obuiationibus, ex doctrina Ptolemæi illustrata, restituta, & adaucta, ad vsum breuem, facilem, ac nouissimum, beneficio Tabularum Regiarū,

eiusdem R. P. M. HILARII ALTOBELLI.

OBuiatio syderum, seu directio est exacta numeratio arcus Æquatoris intercepti inter duo Zodiaci loca, quam Ptolemæus docuit debere fieri per horaria tempora vtriusq; loci; ac per eorundem distantiam à meridiano; dicitq; illam viam esse vnam, simplicem, & physicam ad perficiendas has operationes, nullam mentionem faciens de latitudinibus, quibus vitiatur hæc operatio, vt declarauimus suprà cap. 12. De Circulis autem positionum est prælocutus lib. 3. cap. 15. non tamen ad eum modum, quem adinuenit MonteRegius: sed vt doctrina redderetur clarior, quasi per exemplum Sphæræ Materialis. In opere namq; Circuli Positionum, seu hemicicliorum, ipsa hemiciclia sunt situs primorum locorum, qui virtute quantitatis discretæ, & continuæ concipiunrur in mente, & æquipollent eisdem hemiciclijs. Valentinus Naiboda, comentator Quadripartiti, dicit Ptolemæum concepisse circulos politionum, sed non habuisse in promptu modum eos constituendi, quos perinde

Directiones per horaria Tempora facta sunt perfectæ.

Monte Regius.

Naiboda.

perinde in ſupputationibus non adhibuit; qui tamen cum condidiſſet Almageſtum, proculdubio inueniſſet etiam modum circulos poſitionum cõſtituendi. Sed neq; hic loquendi modus Ptolemæum honorat, & melius fuiſſet ei ſentire melius de Ptolemæo, & dicere quòd modus ipſius magis eſt magiſtralis, & in clariori ratione phyſica fundatus; quoniam per tempus (quod eſt menſura motus) docet metiri eorundem locorum duorum, diſtantiarum motus in eodem Regionis Oriente vero; & non in Orizonte ficto. Et quæ benè fieri poſſunt per pauciora non debent fieri per plura. Quæri namque poteſt à Valentino Naiboda, quis tibi reuelauit, quòd Ptolemæus non habebat in promptu circulos poſitionum? quod iudicium eſt hoc? certè non phyſicum, non Mathematicum, non Politicum. At dicis, quòd Mathematica tunc non abundabat inuentionibus tot fractionum numeralium: ſed qui compoſuit Almageſtum non poterat etiam frangere rectas pluſquam nunc? Amplius quando Ptolemæus non habebat in promptu (propter implicationem ex parte rei) aliquod complementum pro perfectione doctrinæ, conſueuerat admonere profeſſores hoc Codicillo (hæc, ſeu hoc relinquetur prudenti Mathematico) ſed poſtquam tradidit notitiam hemicicliorum, eodem codicillo vel conſimili non eſt vſus; ergò nihil reliquerat in mente addendum de vſu hemicicliorum. Quæ ægregiè, & ſapienter voluit referre per ſitus primorum locorum, ad quos ſecunda loca etiam per latitudines ſeiuncta, deduci debeant benefitio Arithmeticæ. Erat ergò melius Naibodæ vrbanè magnifacere ſuas inuentiones, & cum decore; & non cum Ptolemæi dedecore.

Almageſtũ.

Duorũ locorũ diſtantiã metiri per Tẽpus.

Arguitur Naiboda.

re. Indicat enim illa distractio, non habebat in promptu, tum quòd Ptolemæus non erat diues in Mathematica, tum etiam quòd eius doctrina tradita in exemplo non sit omninò perfecta, quod est iniuria maxima in re, quæ potissima est, & maxima in Astronomica facultate.

Quinimmo tantùm abest, quòd Ptolemæus non habuisset in promptu modum constituendi circulos positionum, vt reprobauerit eos, & reiecerit pluries, & multifariè ab initio Capite XV. vsq; ad exemplum operationis. Inquit enim in principio, non debet sumi numeratio graduum, vt multi tradiderunt ex ascensionibus quibuscunque, idest obliquis; sequitur namque id enim tunc valet, idest, & non in alio puncto cum ipse Horoscopus fuerit locus præcedens, aut aliquod aliud lumen cùm est in ortu. Deinde addit, quòd est vnus modus physicè considerati propositus, idest & non plures, vel aliquis alius, & paulò post loquens de loco præcedente extrà angulos inquit. Non tempora ascendentibus arcubus, aut descendentibus, aut Cœli culmen prætereuntibus congruentia sequentem locum ad præcedentem deducent, sed diuersa. In quibus verbis reijcit circulos positionum; sed fortius, & clarius cùm subinfert. Similes enim, & idem locus est, qui similem, & in eisdem partibus situm habent ad Orizontem, & Meridianum. Hoc verò proximè accidit his (nota proximè) qui cadunt in vnum hemiciclium ex genere eorum, quæ per communes Orizontis, & Meridiani sectiones ducuntur. Ergò proximè, & non exactè habetur numeratio graduum per circulos positionum;

Numeratio graduũ

Vnicus est modus dirigẽdi.

Ptol. reijcit circulos positionum.

cuius rei dat rationem in sequentibus vsque ibi, perinde ac si circa illas sectiones conuerterentur. Cum autem sequitur Zodiaci partes contra, & mutant suam ad quodcumque hemiciclium habitudinem, & inæqualibus temporibus vtrobique transeunt; vult dicere quòd per horaria tempora tantùm, quæ originem habent à circulari motu Zodiaci, habetur exacta numeratio graduum; quia in quocunque loco extrà cardines sit locus præcedens, tempore non æquali præterit, & cum dicit (vtrobique) vel intelligit vtrique domui, inter quartas vel vtrique quartæ ascendenti, & descendenti. Patet igitur in isto Textu Ptolemæum reijcere circulos positionum, pro exacta numeratione graduum. Confirmat autem idipsum cùm sequitur: Vnam tantùm constituemus viam, ideſt, communem omnibus locis præcedētibus existentibus, tam in ortu, quàm in Cœli Medio, & extrà Angulos, vt reuera sit vna tantùm mensura ab ipsa natura per motum Zodiaci desumpta, exacta, & adęquata ac per consequens omnis alia defectiua, qualis certè est via operandi per circulos positionum. Id quod ipsa experientia ostendit, si vnius, & eiusdem obuiationis sequentis, & præcedentis loci fiat supputatio, per horaria tempora Ptolemæi nimirum, & per circulos positionum MonteRegij; imò non vnius tantùm, sed plurium obuiationum, & prodibunt differentiæ modò intollerabiles modò mediæ, modò exiguæ, rarissimè coincidentes; forsan in centris cuspidum, Abaco Ptolemæi distinctis, existens locus præcedens, quemadmodum ego pluries expertus sum, vt in exemplis inferius tradendis conspici potest, & quædam exempla edita à Naiboda;

Per horaria tẽpora tãtũ habetur exacta numeratio graduum.

vna tãtùm est via ab ipsa natura exacta, & adæquata. Omnis alia defectiua

apud

apud Maginum in lib. de legit. Astrol. in Medicinæ vsu, tanquam concordantia ad minimas vsque fractiones si quis repetat, seu probet illos calculos, sicut ego feci, inueniet eos fallaces. *Calculi fallaces.*

Tandem ostendam, quòd numeratio graduum in supputandis syderum obuiationibus, neque Astronomicè, neque Physicè congruit. Etenim manifestum est Astrologis, quòd suprema naturalis potentia influxuum est in Eclyptica, cùm ex Theorica, & obseruatione diffinitum, & probatum sit, quòd sydera quantò magis sunt Eclypticæ propinquiora, tantò plus sunt potentiora; ergo in Eclyptica sunt vires eorum maiores naturalis potentiæ, ac perinde gradus Eclypticæ sunt tanquam fundamentum, origo, & principium omnium stellarum in fluxuum. Hinc omnes stelle fixæ mouentur circa Zodiacum habita semper ratione ad Zodiaci Polos, etiam illæ, quæ sunt in extrema latitudine; & idem dubioprocul obseruant tum Luna, tum etiam Planetæ respicientes ad illum Eclypticæ gradum, per quem imaginatur semicirculum pertransire per corpus stellæ vsque ad Polos eiusdem Eclypticæ. Hac stante veritate naturalis doctrinæ, Circuli positionum MonteRegij assumuntur in prædictis supputationibus, in detrimentum artis, tum quantùm ad collectiones temporum, tum etiam quantùm ad discernendum qualitates influxuum; quoniam dicti Circuli concurrunt ad commissuras Orizontis, & Meridiani, & transeunt per corpora Stellarum, & Planetarum, & per gradus Eclypticæ non habentes relationes ad eosdem Planetas per latitudinem distantes; nimirum per eos gradus dicti circuli transeunt, in quibus sphericè Planetæ, *Suprema potẽtia influxũ in Eclyptica.*

non intelliguntur esse, & non sunt; ergo naturales, & veræ qualitates influxuum discerni nequeunt. Et ex hoc sequitur, quòd neque Astronomicè congruunt tales numerationes, quia facit initium à gradu Eclypticæ indicato à corpore Planetæ per circulum positionis, & non a gradu Planetæ indicato á Zodiaco, per circulum eius respicientem Polum Zodiaci, & per motum Planetæ Analogum ad ipsum situm Eclypticæ; Alioquin Zodiacus non indicaret verum gradum Planetæ, cùm dicitur Planeta est in tali gradu Zodiaci ſtt verbi gratia in ♈. vel ♉. sed Circulus positionis indicaret verum gradum Planetæ habentis latitudinem, & ita nunquam sciremus loca Planetarũ, nisi per circulos positionũ, quod est absurdum maximũ, & contra doctrinam, ac vsum communem omnium Antiquorum Astronomorum.

Numerationes positionum nõ congruunt Astronomicè

Absurdũ maximũ.

Probatur autem per oppositum octauæ conceptionis animi pr. lib. Euclidis (est enim) & quæ sibi ipsis congruunt inter se sunt æqualia; ergo, quæ sibi ipsis non congruunt inter se sunt inæqualia; sed isti semicirculi, qui transeunt per intersectiones Meridiani, & Orizontis, & isti qui transeunt per Polos Zodiaci, non congruunt, neque inter sese, neque eidem lineæ rectæ; ideo non possunt pertransire per eosdem gradus Zodiaci, sed transibunt per diuersos, nisi fortè per accidens, quando scilicet locus præcedens est in centro Cuspidis Ptolemæi.

Demõstratio huius veritatis.

Probatur secũdo.

Rursus probatur per oppositum xxii. Theor. & Prop. xxiiii lib. iii. Euclidis, vbi dicitur in æqualibus rectis lineis similes circulorum portiones inter se æquales sunt; ergo in inæqualibus rectis lineis portiones circulorum non erunt æquales, in trãsitu super eosdem gradus Eclyp-

ticæ, sed transibunt super diuersos gradus.

Si quis autem vellet opponere, quòd idem dicendum esset de Circulo Ascendētis, ad cuius similitudinem Circuli positionum constituuntur: Dicendum quòd non est par ratio ex pluribus causis, quarum prima est. Quòd gradus Horoscopans habet Analogiam cum Sole, qui per Eclypticam semper incedit; vnde gradus ille dicitur Horoscopus solis. Secunda ibi finiunt semper, & incipiunt sex horæ inæquales. Tertia gradus ille acquirit ratione loci ingentes prærogatiuas; quare non est par ratio de Horoscopo, & Circulis positionum MonteRegij. Ratione verò latitudinis intercipiuntur aliqui gradus inter eum super quem transit Circulus positionis, & eum super quem transit circulus ab vno ad alterum Polum Zodiaci ductus, in quo intelligitur esse Planeta, & ita Astronomicè modò maior, modò minor erit numerus graduum interceptus inter locum sequentem, & præcedentem, quod parit varietatem, & fallaciam temporum. Qui igitur exactè, & physicè hos supputationes efficere cupiunt, Circulos positionum necesse est vt omninò reijciant; nisi voluerint vti Circulis positionum Ptolemæi, quos scilicet Ptolemæus aliquo modò probare videtur, cum dicit (Hoc verò proximè accidit his, qui cadunt in vnum hemiciclium ex genere eorum, &c) vtsuprà dictum est: Non enim intelligit de circulis, qui transeunt per corpora syderum, quando habent latitudinem, sed de illis, qui transeunt per gradus Eclypticæ, in quibus intelliguntur esse Planetæ, & Luminaria; tales verò inueniuntur per horas inæquales, quemadmodum opinandum est fecisse Auctorem Anathomiæ Cœlestis in compo-

Prima ratio.

Secūda ratio.

veritas & fallacia tē porum.

posi-

positione suæ Tabellæ, pro constructionibus domibus. Nam, si fiat, vt sex ad tangentem altitudinis Poli, ita duo pro vndecima domo, vel ita quatuor pro duodecima ad tangentem Circuli positionis quæsiti, acquiruntur Circuli positionum pro domibus, atque alij acquiri possunt, si aliter consimilis abacus instituatur, vel vt nos docebimus in sequentibus. Hos autem Circulos forsan probauit Haly in Comment. Quadrip. cuius Monte Regius adhibet auctoritatem Prob. 22. Cum prædictis igitur Circulis positionum inueniendis, vel nihil, vel paucis minutis supputator aberrabit, vt conspici potest in pluribus exemplis circa finem huius tractatus positis.

Haly in Quad.

Tandem supputationes directionum, per Circulos positionum Monte Regij factæ, etiam absque latitudine plerumque differunt enormiter à supputationibus factis abaco Ptolemæi, vt patebit in exemplis circa finem huius tractatus. Ideò tutius est adhærere Ptolemæo.

adhærẽdũ Ptolemæo.

Cùm igitur Circuli positionum, & latitudines in supputationibus directionum sint alieni, seu alienæ, & peregrini, siue peregrinæ à Ptolemæo; ex his Tabulis facili methodo possunt directionum tempora ad calculum redigi tribus modis, per subscriptas regulas.

Primus modus per Horaria Tempora.

PRimò inuenies distantiam vtriusque loci à Meridiano; sed si locus primus est super terram a M.C. si sub terra ab I. C. quam obtinebis beneficio Ascensionum Rectarum.

Si primus locus est supra terrã.

Secundò inuenies horaria tempora vtriusque loci, quæ habentur in Tabulis domorum ad eleuationem Poli Regionis; sed si primus locus est super terram, cape diurna,

si sub

si sub terra, cape nocturna, in gtadu signi oppositi, nulla habita ratione ad secundum locum, in hac operatione. Vide caput 18. De vsu horariorum temporum. *Locus primus sub terra.*

Tertiò distantiam primi loci a Meridiano resolue in minuta, sicut & horaria tempora amborum locorum, multiplicando per sexaginta, & scribe seorsum.

Quartò minuta distantiæ à Meridiano primi loci, multiplica cum minutis horariorum temporum secundi loci, & productum diuide cum minutis horariorum temporum primi loci, & quotiente vtere iuxtà subscriptas regulas.

Prima regula, si primus locus fuerit repertus inter Horoscopum, & C. M. subtrahæ quotientem à distantia secundi loci à Meridiano; idipsum facies si in quarta opposita repertus fuerit. *primus locus in 12. vel 11.*

Secunda regula, si primus locus fuerit repertus inter C. M. & Occasum, subtrahæ distantiam à Meridiano, secundi loci à dicto quotiente; idem facies si in quarta opposita fuerit repertus. *In 9. verò aut 8.*

Tertia regula, si primus locus fuerit repertus in vna quarta, & secundus locus in alia, coniunge quotientem cum distantia à Meridiano secundi loci, & habebis directionem quæsitam. Quæ omnia cùm sint notissima, & facillima non egent exemplo, quod nimis prolixum esset. *primus locus in vna quarta & sec. in alia*

Si autem vterque locus fuerit repertus in centris Cuspidum, habebitur distantia à Meridiano in horis temporalibus, cùm magnitudo vniuscuiusque Domus sit duarum temporalium horarum, & per has horas poteris fieri Voti compos iuxtà exemplum Ptolemæi, & coincidit cum superiori modo, &c. *In centris Cuspidũ.*

De directione conuersa.

Modus autem inueniendi distantiam Planetæ ab Occidente, in directione conuersa, est facilis per Tabulam Ascensionum rectarum. Nam.

Si sub Terra.

Si Planeta erit sub terra, subtrahæ Ascensionem eius rectam ab Ascensione recta gradus septimæ domus addito circulo, si subtractio fieri nequit, & habebis distantiam eius ab occasu.

Si supra Terram.

Si Planeta erit supra terram, subrrahæ Ascensionem rectam gradus domus septimæ ab Ascensione recta Planetæ.

Horaria verò tempora quere in his Tabulis diurna ad eleuationem Poli tuæ Regionis, & nocturna per gradus oppositos, seu per subtract. à 30.

Tandem in operationibus, in regula Aurea pone semper in primo loco 180. in secundo loco, horaria tempora, in tertio loco, distantiam Planetæ à domo septima, & facta multiplicatione secundi, ac tertij numerorum diuide productum per primum numerum, seu 180 semper: & habebis in quotiente numerum annorum, vel addendorum, vel minuendorum ad numerum, vel à numero collecto, vt supra dictum est scilicet residuo ex subtractione ascensionis obliquæ gradus Orientis, ab Ascensione obliqua gradus oppositi loco primo, Solis scilicet vel alterius.

Tandem est animaduersione dignum in directione conuersa, quòd Ptolemæus nullam facit mentionem de luminaribus, quæ si assumi deberent, in hac operatione nullo modo relinquere debuisset. Etenim lib. 1. cap. 3. de viribus errantium specialiter ponit Lunam inter beneficas, & Solem versatilem sicut Mercurius, sub nomi-

nibus

nibus generalibus Planetarum nunquam comprehendit luminaria, neque aſpectus ſextiles vtriuſque ſectæ, neque trigonos maleficarum, vt elicitur ex Ptolemæo, vbi de his rebus pertractat paulò inferius.

Secundus modus, ex prima noua inuentione Auctoris ſupputandi ſyderum obuiationes per Circulos poſitionum ad mentem Ptolemæi, ex his Tabulis facili methodo.

GRadus Arcus æquatoris intercepti inter primum, ac ſecundum locum, abſque horarijs temporibus numerantur etiam exquiſitè per Circulos poſitionum Ptolemæi, inueniendos benefitio Tabulæ Anathomiæ Cœleſtis ſupra poſitæ pag. 30. & harum noſtrarum Regiarum adhibita regula aurea. Cum igitur in Tabula prædicta Anathomiæ habeantur expreſſi circuli domorum, qui etiam dici poſſunt poſitionum; patent numeri circulorum quoque interceptorũ inter duas cuſpides, in ſecundo loco regulæ aureæ ſemper conſtituendi: pro primo loco verò ſeu diuiſore eruemus numerum differentiæ inter cuſpidem, & cuſpidem, in propria columna Domus Solis, Lunæ, vel alterius Hylegij: numerus autem in tertio loco ponendus, erit differentia inter numerum cuſpidis præcedentis locum Hylegij, & numerum qui adiacet gradui Zodiaci ipſius Hylegij, Solis nimirum, vel Lunæ; & facta operatione educentur in quoſciente Circuli poſitionum addendi, à C. M. vſque ad Horoſcopum, & in quarta oppoſita; minuendi verò ab Horoſcopo vſque ad Im. C. & in quarta oppoſita, Circulis poſitionum domorum, ſeu numeris Cuſpidum Anathom.

Directiones abſque horarijs tẽporibus

Modus harum directionũ.

thomiæ Cœleſtis. Sed hanc praxim illuſtrabunt ſubſcri-
pta

EXEMPLA.

Ad eleuationem Poli grad. 43. in Themate C. M. 0.0.♌. ſit inquirendus Circulus poſitionis, gr 16. 0. ♍. erit autem cuſpis XI. Domus g. 3. 1.30. 11.30. ♍. ſed breuitatis gratia dicamus grad. 4. quos inuenio in linea decimæ domus, & numerum ei inherentem in columna XI. Domus ſcribo ſeorſum nempe 122. 44. Deinde in eadem linea X. Domus inuenio gradum cuſpidis XII. Domus, qui eſt grad. 2. 0. ♎. & eius numerum adiacentem in columna XI. pono apud ſupradictum, nempe 152. 4. & facta ſubtractione minoris à maiori, remanet 29. 20. qui numerus 29. 20. in primo loco regulæ aureæ ponendus eſt.

primus locus Regulæ Aureæ.

Deinde in eadem linea X. Domus inuenio gradum 16. ♍. & numerum ei adiacentem in XI. Domo ſcribo ſeorſum, ſcilicet 135. 28. à quo ſubtraho numerum prædictum 122. 44. ſcilicet Cuſpidis XI. Domus; & remanet differentia grad. 12. & mi. 44. ponenda in tertio loco regulæ aureæ.

Tertius locus R. Au.

Tandem confugio ad Tabulam Anathomiæ Cœleſtis, & video inter Cuſpides XI. & XII. Domorum intercipi grad. 14.40 ponendi in ſecundo loco regulæ aureæ, quæ inſtituetur hoc modo.

Secundus locus R. Aureę.

Si 29.20. dant 14.40. quot dabunt 12. 44. & exeũ in quotiente grad. 6. 22. adden. 17.36. Cuſpidi XI. Domus, & fiunt 23. 58. Circuli poſitionum queſiti. Et inueſtigantur Circuli poſitionum, quando locus primi ſeu Sol, vel Luna, &c. repertus eſt in domo XI.

Quando

Quando autem repertus fuerit in domibus XII, vel VIII.vel IX. quæruntur Circuli huiuſmodi in ſuis proprijs columnis eodem modo. Et pro domibus ſub terra, quæruntur in domibus ſupra terram in ſignis,& gradibus oppoſitis. In domo autem X. poſſunt inueſtigari per differentiam rectam inter C.M. & domum XI.ponendo eã in primo loco regulæ aureæ. In ſecundo loco circulos poſit. ibidem interceptos. In tertio differentiã rectã inter locum primum, & lineam C. M. vt in prædicto Themate differentia recta eſt inter XI. domum, & C. M. gr. 33.42. & circ. poſ. 17.36.& locus primus, Sol,vel alius, ſit in 20. ♌. cuius differentia recta eſt grad. 20.13. ordinabitur regula, hoc modo. Si 33. 42. dant 17. 36. quot dabunt 20 13. & prodibunt in quotiente g. 10.33. Circuli poſ. quæſiti, non addendi,neque minuendi, quia in C. M. eſt 0.0. ♌. Pro Aſcendente verò erit numerus eleuationis Poli Regionis, vt putà 43. Circulus poſitionis.

Pro domibus ſub Terra.

Exemplum.

Regula Aurea.

Inuento Circulo poſitionis, qui habet præ manibus Tabulas obliquarum aſcenſionum, in Tabula Circuli Poſitionis inuenti, ſeu eleuationis Poli ſupputabit Directiones, ſubtrahendo locum primum à loco ſecundo, & remanebit Directio quæſita; quæ etiam in parte deſcenſionali, ſi fuerit repertus primus locus, acquiritur æquè benè per gradus ſignorum oppoſitorum, ſicut per ipſas deſcenſiones obliquas.

Supputatio directionũ cum tab. obliq. Aſcenſ.

Qui verò Tabulas Aſcenſionum non habet, inueniat Aſcenſiones obliquas, tàm primi, quàm ſecundi loci hoc modo. Per doctrinam Patris Clauij in Tabulis ſuæ Spheræ Declinationum, & Differentiarum Aſcenſionalium,

Modus inueniẽdi Aſc. obliq.

lium, inueniat differentiam aſcenſionalem, & ea vtatur iuxtà modum quem tradidi in Calce cap. 18. ad acquirendum aſcenſiones obliquas; quando nimirum hæ differentiæ aſcenſionales acquiri nequeunt per horaria tempora tabularum, vt oſtenditur ibidem. Vel melius id fiat per Tabulas Sinuum, ac Tangentium vnica tantùm multiplicatione per ſolutionem huius trianguli ſcilicet, vt ſinus totus ad tangentem altitudinis Poli, ſeu Circuli poſitionis; ita tangens declinationis ad ſinum differentiæ aſcenſionalis. Nam hac differentia aſcenſionali reperta in Tabulis ſinuum, & applicata vt dictum eſt cap. 18. per proſtaphæreſim Aſcenſioni Rectæ, acquiretur aſcenſio, vel deſcenſio obliqua, ac per ſubtractionem vt ſuprà, Directio quæſita; quæ ſupputatio concordat cum calculis Ptolemæi, per horaria tempora ferè, quemadmodum Perilluſtris, ac Admodum R. D. Abbas Felix de Silueſtris Cingulanus Nobilis I. C. pluribus ſuis Calculis expertus eſt, & conſpicitur in ſubſcriptis exemplis ſequentis Capitis.

Modus acquirēdi Aſcenſ. obliq.

Tertius modus, ex ſecunda noua inuentione Auctoris ſupputandi obuiationes ſyderum ex his tabulis Domorum Regijs tantùm, per ſubtractiones, quæ concordant cum calculis Ptolemæi.

TAndem Inambulationes ſyderum ſupputantur per ſubtractiones, benefitio harum Tabularum Regiarum hoc modo. In linea X. Domus inueniantur ſignum, & gradus primi loci, ſeu Solis, vel Lunæ, &c. & de directo ex columna illius Domus in-

qua

qua repertus fuerit, ſumatur numerus, qui ſubtrahatur à numero ſecundi loci Iouis, vel Veneris, &c. in eadem columna primi loci, ſed reſpondens de directo gradui, & ſigno in linea X. Domus, in quibus repertus fuerit ipſe ſecundus locus, nam reſiduum erit directio queſita.

EXEMPLI GRATIA.

Ad eleuationem Poli 43. in Themate Cœli Medij ♑.0. ♃. ſit repertus primus locus in Cuſpide XI. Domus grad. 3. 30. ♏. numerus de directo eſt grad. 122. m. 11. dirigendus ad grad. 20. 0. ♓. cui reſpondet in eadem columna grad. 203. m. 21. & facta ſubractione remanet directio queſita grad. 81. m. 10.

Modus ſupputãdi directiones ex his Tabulis.

Et hic eſt modus ſupputandi Directiones ex his noſtris Tabulis, quæ iuxtà varios Hylegialium, ſeu primorum locorum ſitus, differentes producunt numeros in duobus ſubſcriptis caſibus diſcernendos.

PRIMVS CASVS.

Aut prima loca reperta erunt in centro cuiuſcunque Cuſpidis Domorum, tam ipſorum Angulorum, quàm extrà Angulos; & tunc Directiones concordabunt cum calculis Ptolemæi, per horaria tempora, vt eſt videre in ſubſcriptis exemplis.

EXEMPLA PRIMI CASVS.

PRIMVM EXEMPLVM.

Sub Polo, & in Themate prædictis, fingamus (verbi gratia) Solem eſſe in Cuſpide XI. Domus dirigendum

dum ad gradum 20. o. ♑. & fiant vnica ſubtractione Directiones quæſitæ.

Circulus poſit. MonteRegij 25. dat	gr. 85. m. 33.
Circulus poſit. Ptolemæi 18. ferè dat	gr. 81. m. 28.
Ptolemæus per Horaria tempora dat	gr. 80. m. 58.
Tabula Regia dat	gr. 81. m. 10.

Directiones quæſitæ.

SECVNDVM EXEMPLVM.

Ponamus Solem in Cuſpide XII. Domus in gradu 2. 1. o. ♎. dirigendum vt ſuprà.

Circulus poſit. MonteRegij 39. dat	gr. 60. m. 2.
Circulus poſit. Ptolemæi 32. dat	gr. 56. m. 47.
Ptolemæus per horaria tempora dat	gr. 56. m. 52.
Tabula Regia dat	gr. 56. m. 51.

Directiones quæſitæ.

TERTIVM EXEMPLVM.

Conſtituamus Solem in Cuſpide IX. Domus in gradu 24. m. 45. ♊. dirigendum ad o. ♌.

Circulus poſit. MonteRegij 25. dat	gr. 37. m. 11.
Circulus poſit. Ptolemæi 18. dat	gr. 36. m. 41.
Ptolemæus per horaria tempora dat	gr. 36. m. 42.
Tabula Regia dat	gr. 36. m. 42.

Directions quæſitæ.

QVARTVM EXEMPLVM.

Dicamus tandem Solem eſſe in VIII. Domo in Cuſpide, quæ eſt grad. 22. m. 27. ♉. dirigendum vt ſupra.

Circulus poſit. MonteRegij 39. dat	gr. 73. m. 51.
Circulus poſit. Ptolemæi 32. dat	gr. 73. m. 26.
Ptolemæus per horaria tempora dat	gr. 73. m. 25.
Tabula Regia dat	gr. 73. m. 19.

Directiones quæſitæ.

SECVNDVS CASVS.

Aut prima loca in ſecundo caſu reperta, erunt in gradibus interceptis, inter duas Cuſpides, & tunc Directiones à calculis Ptolemæi adeò differunt, vt opus ſit inuenire æquatiouem hoc modo. Colligantur duæ Directiones, vna in columna illius domus in qua repertus fuerit locus primus, altera verò in columna adiacenti proxima. Deinde ſubtrahatur minor Directio à maiori Directione, & reſiduo vtendum eſt, vt infra. Sed prius diuide gradus Zodiaci interceptos inter illas cuſpides in ſex æquas portiones, deinde conſidera. *Prima loca inter duas Cuſpides.*

Si locus primus, ſeu Sol, &c. repertus fuerit in prima portione, tunc dimidia reſiduum, & de medietate accipe quartam portionem addendam. *In prima portione.*

Si locus primus fuerit repertus in ſecunda portione, tunc dimidia reſiduum, & de medietate accipe tertiam partem addendam. *In 2.*

Si locus primus fuerit repertus in tertia portione, tunc accipe de toto reſiduo, tertiam partem addendam. *In 3.*

Si locus primus fuerit repertus in quarta portione, tunc accipe medietatem totius reſidui addendam. *In 4.*

Si locus primus fuerit repertus in quinta portione, tunc accipe de toto reſiduo, prius quartam partem, deinde medietatem totius reſidui ambo iungendas, & addendas. *In 5.*

Si locus primus tandem fuerit repertus in ſexta portione, tunc de toto reſiduo accipe tertiam partem, & poſteà de eodem toto medietatem ambo iungendas, & *In 6.*

adden-

addendas, Directionibus, quæ factæ fuerint in columna primorum locorum. De quibus omnibus tot exempla adijciam hic inferius, vt possint esse Analoga ad omnes ferè huiusmodi supputationes.

EXEMPLA SECVNDI CASVS.

PRIMVM EXEMPLVM.

In eodem Themate C. M. o. ♌. vbi Cuspis XI. domus est grad. 3. m. 30. ♍. Sit primus locus in gr. 6. ♍. seu in prima portione graduum interceptorum dirigendus ad grad. 30. ♎.

Directio in columna domus XII.	63.	14.
Directio in columna domus XI. subtracta.	56	40.
Residuum dimidiandum.	6.	34.
Dimidium residui.	3.	17.
Quarta pars eiusdem dimidij addenda.	0.	45.
Directio quæsita.	57.	25.
Circulus positionis Ptolemæi dat.	57.	21.

SECVNDVM EXEMPLVM.

Sit primus locus 8. ♍. dirigend. ad eundem g. 30. ♎.

Directio in columna XII.	60.	53.
Directio in columna XI. subtracta.	54.	33.
Residuum dimidiandum.	6.	20.
Dimidium dicti residui.	3.	10.
Tertia pars eiusdem dimidij addenda, quia est in portione secunda.	1.	3.
Directio quæsita.	55.	36.
Circulus positionis Ptolemæi dat.	55.	37.

TER-

TERTIVM EXEMPLVM.

Sit primus locus in gr. 12. ♍. in tertia portione dirigendus ad eundem.

Directio in columna XII.	56. 13.
Directio in columna XI. ſubtracta.	50. 21.
Reſiduum non dimidiandum.	5. 52.
Tertia pars eiuſdem totius reſidui addenda.	1. 57.
Directio quæſita.	52. 18.
Circulus poſitionis Ptolemæi dat.	52. 4.

QVARTVM EXEMPLVM.

Sit locus primus in gr. 14. ♍. etiam in tertia portione dirigendus ad 30, ♎.

Directio in columna XII.	53. 49.
Directio in columna XI. ſubtracta.	48. 13.
Reſiduum non dimidiandum.	5. 36.
Tertia pars eiuſdem totius reſidui addenda.	1. 52.
Directio quæſita.	50. 5.
Circulus poſit. Ptolemæi.	50. 15.

QVINTVM EXEMPLVM.

Sit primus locus in gr. 16. ♍. in quarta portione dirigendus ad eundem. Fiant duæ Directiones vt ſuprà, & de reſiduo ſumatur medietas addenda.

Directio quæſita.	48. 49.
Circulus poſitiones Ptolemæi.	48. 27.

SEXTVM EXEMPLVM.

Sit locus primus in gr. 18. ♍. addita medietate residui vt prius, ad eundem gradum.

Directio quæsita.	46.	36.
Circulus positionis Ptolemæi dat.	46.	45.

SEPTIMVM EXEMPLVM.

Sit locus primus in gr. 24. ♍. in quinta portione dirigendus ad eundem gradum.

Directio in columna XII.	42.	8.
Directio in columna XI. loci primi subtrah.	37.	46.
Residuum.	4.	22.
Quarta pars totius residui addenda.	1.	6.
Medietas totius residui addenda.	2.	11.
Æquatio integra ex aggregato vtriusque, pariter addenda.	3.	17.
Directio quæsita.	41.	3.
Circulus positionis Ptolemæi.	40.	53.

OCTAVVM EXEMPLVM.

Sit locus primus in grad. 28. ♍. in sexta portione, ad eundem locum.

Directio in columna XII.	37.	32.
Directio in columna XI. primi loci subtrah.	33.	38.
Residuum.	3.	54.
Tertia pars eiusdem residui addenda.	1.	18.
Medietas eiusdem totius residui addenda.	1.	57.
Aggregatum harum duarum partium pro integra æquatione addenda.	3.	15.
Directio quæsita.	36.	53
Circulus positionis Ptolemæi dat.	36.	56.

EXEM-

EXEMPLVM IN VIII. DOMO eiusdem Thematis.

Sit primus locus in gr. 3. m. 12. ♊. in secunda portione dirigendus ad gr. 8. m. 34. ♌.

Directio in IX. Domo.	68.	56.
Directio in octaua Domo primi loci subtrahenda.	67.	49.
Residuum dimidiandum.	1.	7.
Dimidium residui.	0.	33.
Tertia pars eiusdem dimidij addenda.	0.	11.
Directio quæsita.	68.	0.
Circulus positionis Ptolemæi 28, dat.	68.	10.
Ptolemæus per horaria tempora.	68.	8.
MonteRegius in circulo posit. 33. dat.	66.	50.

EXEMPLVM IN IX. DOMO eiusdem Thematis.

Sit primus locus in gr. 27. ♊. in prima portione dirigendus ad gr. 9. ♍.

Directio in columna IX. Domus loci primi.	68.	30.
Directio in columna VIII. Domus subtrah.	63.	6.
Residuum dimidiandum.	5.	24.
Dimidium residui.	2.	42.
Quarta pars eiusdem dimidij addenda.	0.	41.
Directio quæsita.	69.	11.
Circulus posit. Ptolemæi 16. dat.	69.	7.

EXEMPLVM SECVNDVM IN IX. DOMO eiusdem Thematis.

Sit primus locus in gr. 12. ♋. in quarta portione dirigendus

gendus ad C. M. o. ♌.

Directio in columna Domus IX. primi loci.	18.	5.
Directio in columna Domus VIII. ſubtrah.	16.	57.
Reſiduum dimidiandum.	1.	8.
Medietas eiuſdem reſidui addenda.	0.	34.
Directio quæſita.	18.	39.
Ptolemeus per horaria tempora.	18	36.
Circulus poſitionis Ptolemæi.	18.	53.

EXEMPLVM DIRECTIONIS,

quando locus primus repertus eſt in Domo XII. in eadem figura C. M. o. ♌. ponamus Solem in gr. 14. ♎. dirigendum ad gr. 14. ♈.

In huiuſmodi directionibus ſupputandis, oportet antè omnia inuenire numeros eiuſdem ſpeciei, pro columna primæ domus, cuius ſunt numeri aliarum domorum, & cum in promptu habeantur horaria tempora, & Aſcenſ. Rectæ, facili, breuiq; negotio inuenientur per ea, quæ dicta ſunt. Cap. XV. de Compoſitione Tabularum.

Numerus igitur columnæ Aſcend. ad hoc ſpecialiter inuentus, ſecundi loci.	147.	0.
Numerus primi loci in eadem colũna ſubtr.	108.	4.
Directio quæſita in Domo Aſcendentis.	38.	56.
Directio in columna XII. domus ſubtrah.	35.	35.
Reſiduum dimidiandum, cum locus primus ſit in quarta portione.	3.	21.
Dimidium eiuſdem reſidui addendum.	1.	40.
Directio quæſita.	37.	15.
Circulus poſitionis Ptolemæi 38. dat.	37.	18.

NO-

NOTANDVM.

IN ſupputandis autem Directionibus gradus Aſcendentis, opus eſt inuenire eoſdem numeros, nempè tàm ipſius gradus ortus, quàm ſecundi loci eodem modo. Inuentis tamen gradibus vtriuſque in linea X. Domus.

EXEMPLVM DIRECTIONIS quando primus locus repertus eſt in X. Domo.

Directiones C. M. ſeu in Domo X. ſupputantur ſicut, & aliæ, ſubducendo vnam directionem per Aſcenſ. Rectas, & aliam in XI. Domo.

EXEMPLVM

Sit locus primus vt ſuprà 5. 42. ♌ in eadem figura.

Directio in Domo XI. ex Tabula Regia.	74.	51.
Directio in Domo X. ex Tabula Aſcenſ. R. ſubtrahenda.	66.	39.
Reſiduum dimidiandum.	8.	12.
Dimidium eiuſdem reſidui.	4.	6.
Tertia pars dicti dimidij addenda.	1.	12.
Directio quæſita vt ſuprà.	67.	51.
Ptolemæus per horaria tempora.	67.	58.
Circulus poſitionis Ptolemæi 3. dat.	68.	4.
Circulus poſitionis MonteRegij 4. dat.	68.	28.

Addamus

Addamus nunc exempla ex Primo Mobili Magini desumpta, pagina 45. & 46.

Sit C. M. 14. ♊. & primus locus 8. ♌. dirigendus ad gr. 20. ♍. sub Polo 45.

Directio columnæ XII. Domus.	50.	35.
Directio columnæ XI. Domus primi loci sub.	45.	29.
Residuum dimidiandum.	5.	6.
Dimidium residui addendum cum fit in quarta portione.	2.	33.
Tertia pars dimidij huius æquationis, cum primus locus sit in fine quartæ portionis add.	0.	25.
Directio quæsita.	48.	27.
Maginus ex Ptolemæo.	48.	30.
Maginus ex MonteRegio pag. 42. 43.	51.	2.

Rursus ex Primo Mobili Magini pagina vt suprà, in eodem situ Cœli.

Sit primus locus 8. ♌. vt supra dirigend. ad gr. 18. ♍.

Directio in columna XII. Domus.	120.	1.
Directio in columna XI. Domus subtrah.	107.	33.
Residuum dimidiandum.	12.	28.
Dimidium dicti residui addendum.	6.	14.
Tertia pars dimidiæ æquationis eiusdem, cum primus locus sit in fine quartæ portionis; quæ consideratio relinquitur vbiq; prudenti Mathematico, & præsertim in tanta distantia secundi loci à primo, quæ tamen nunquam venit in vsum.	1.	5.
Directio quæsita.	114.	52.
Maginus ex Ptolemæo vbi suprà.	114.	54.
Maginus ex MonteRegio vbi suprà.	121.	4.

Tandem

Tandem exemplum ex Magino vbi suprà.

Sit C. M. 21. ♎. primus locus 18. ♉. secundus locus 5. ♎.

Directio in columna Domus XI. loci primi.	132. 22.
Directio in columna Domus XII. subtrah.	125. 40.
Residuum dimidiandum.	6. 42.
Quarta pars eiusdem dimidij cum primus locus sit in prima portione subtrah.	0. 50.
Directio quæsita.	131. 32.
Maginus ex Ptolemæo vbi supra.	131. 49.
Maginus ex Monte Regio vbi suprà.	127. 7.

In hac Directione est obseruandum quod ♉. cadit in Domo quinta, & gr. 5. ♎. cadit in Domo nona; Directiones tamen supputatæ sunt in Domibus XI. & XII. Et ideo sciendum est quod quando Hilegia seu prima loca reperta fuerint in domibus sub terra, Directiones colligendæ sunt in domibus signis, & gradibus oppositis suprà terram, quod necesse erat indicare.

In hac eadem Directione est obseruandum quod æquatio subtracta est à Directione Domus XI. loci primi, id quod rarò cõtingit in domibus Quinta, & nona, seu in oppositis, & forsan in signis ♈. & Tauri, & his oppositis, quæ prostaphæresis discerni potest, supputando tres Directiones, nimirum, si primus locus fuerit in nona, supputentur Directiones in columna octauæ Domus, & in Domo decima per Ascensiones Rectas; & iuxtá numerum maiorem, vel minorem in sequenti columna, seu domo vtatur prostaphæresi, idipsum fiat in Domo XI. Sed talis prostaphæresis, poterit etiam discerni ex supputatione

tatione Directionis per Circulos positionis Ptolemæi ; quæ facilis est, & in hac grauissima operatione, non est studium prudentis Mathematici, in rebus dubijs præsertim acquiescere tantùm calculo vnius instituti.

Insuper est considerandum, quòd quando primus locus inuentus est in fine quartæ portionis, in qua æquatio est medietas residui ; tunc debet etiam adiungi, tertia pars dimidij eiusdem æquationis, vt patet in duobus priobus exemplis Magini, in reliquis autem æquationibus hæc additio potest negligi.

Ex præmissis igitur omnibus varijs exemplis modus hic dirigendi remanet probatus, & confirmatus per inductionem à sufficienti partium enumeratione, & per demostrationem à posteriori, qui autem ægregiè motum primi mobilis scrutatur poterit suo ingenio reperire, quod hic modus, coincidit cum eo, quem Ptolemæus, exercere docuit per horaria tempora. Ideo hanc declarationem exprimendam sciens, & volens relinquo ; atque præstantiori ingenio, relinquo reductionem huius viæ adinuentæ ad simpliciorem formam firmiorumque ordinem ; satis enim mihi feciſſe videtur aperuisse viam hanc hactenus clausam, ab orbe condito ad commoditatem Reipublicæ litterariæ, per quam studiosi liberantur à reuolutionibus plurium tabularum, cum in vna, & eadem Tabella, in vnica superficie papiri habeantur in promptu ad perficiendum operationes, omnes numeri, qui requiruntur ; atque liberati sunt ab omni molestia labore, tædio, & fallacijs magnarum multiplicationum, ac diuisionum, cum vel per vnicam, vel per aliquas breues subtractiones in exiguo temporis momento absoluan-

ſoluantur ſupputationes coincidentes, cum eiſdem Ptolemæi, tàm prolixis, neque turbare debet differentia interdum paucorum minutorum, quoniam Ptolemæus lib. 4. Quadr. Cap. vltimo, euentus ab initio ſenſibiles, non refert ad tempora per Directiones collecta, ſed per progreſſiones annuas, & menſurnas. Ideo ſpero, quod qui amant veritatem ſint benedicturi animam meam. Valete, & fruimini.

De vera quantitate motus Solis congruente anno integro in Directionibus.

POST inuentionem dirigendi per Circulos poſitionum Monte Regij, & per vſum latitudinum quas eſſe artis corruptiuas oſtendimus ſuprà Cap. 12. exorta eſt ingens controuerſia, nondum compoſita inter peritos viros, de quantitate motus, quæ ſeu qui congruit integro anno, in Directionibus; de qua re ſunt tres modi dicendi, quorum primus eſt communis, ſecundus eſt Cardani, & Valentini Naybodæ, tertius eſt Thiconis Brahæ; liceat nunc de ſingulis diſſerere, vt tandem phyſicam reſolutionem afferamus.

Vulgares, & comunes Aſtronomi inhærentes verbis Ptolemæi lib. 3. Cap. 15. vbi inquit *pro quolibet gradu accipe vnum annum* ſimpliciter, & abſolutè abſque aliqua diſtinctione accipiunt vnum gradum æquatoris, qui conſtat ex 60. minutis, & quoniam experientia docuit, vt plurimum non congruere euentibus, ſed cum differentia non exigua modò præcedere, modò ſequi.

Ideò Valentinus Nayboda, in Adiunctis à Magino lib. de legittimo Aſtron. in Medicinæ vſu, totis viribus

ingenij sui nititur ostendere falsitatem prædictæ opinionis, & veritatem suæ positionis, quæ est, quod medius motus Solis 59. 1. 8. 11. congruat integro anno. Dicit autem esse falsam quantitatem motus vulgarium Astronomorum quia producitur à diuisione arbitraria Æquatoris, & non à naturali; nam propter calculorum commoditatem adinuenta est, diuisio Æquatoris in 360. partes, at ea pars, quæ correspondet integro anno debet esse naturalis, & non arbitraria, quoniam Ptolemæus loco citato, dicens vnum annum, intelligit naturalem, & vtitur hac voce græca Ænyaphton, quæ interprætatur annus solaris constans ex 365. diebus cum horis 6. ferè, & propterea vnus gradus Æquatoris, constans ex 60. minutis arbitrariè, & non naturaliter sumptus non congruit integro anno naturali, quemadmodum ipsa experientia docet. Ideò statuit Nayboda, quod prædictus medius motus Solis 59. 8. congruat tanquam quantitas naturalis extensa ad totum annum solarem; probat hoc multis verbis, tanta cum ferocia, vt nemo ipsum redarguere debeat, adhibetque Cardanum in corroborationem, tametsi fateatur, quod Cardanus nesciebat quid diceret. Veruntamen pace istius subtilissimi viri dixerim, suam positionem esse arbitrariam, quoniam ad arbitrium hominis extenditur medius motus Solis ad totum annum Solarem, & non à naturali sua origine, vel à completo eius naturali motu diurno, qui metitur vnam circulationem primi Mobilis diurnam, & refertur ad vnam completam Solis reuolutionem annuam. Habet enim medius motus Solis originem à diuisione Æquatoris simpliciter, & non quatenus

tenus refertur ad motum Zodiaci, qui ſolus defert influentiam ad inferiora, & metitur à minutis Æquatoris, cum ſingulis ferè diebus, & in ſingulis gradibus inæqualiter moueatur ipſæ Zodiacus. Et hic motus naturalis procedens à Zodiaco,& menſus in Æquatore, debet accomodari toto anno naturali, ſed medius motus Solis non eſt huiuſmodi, quia eſt medius motus diuiſus ab arbitrio hominis, & non ab ipſa natura.

Quamobrem Thico Brahæ Aſtronomiæ inſtaurator doctus ab experientia lib. p. Progim. agens de reuolutionibus, reijcit medium motum Solis 59. 8. & dicit quod vera menſura motus congruens integro anno naturali eſt motus Solis, qui tunc eſt. Et nil aliud, non declarans qui tunc eſt in Zodiaco, vel in Æquatore. Reſeruans ſibi hanc dilucidationē alibi faciendam. Sed reuera intelligitur de motu Zodiaci,qui tūc fit, & metitur in Æquatore vbi modò abundat 60.m. modò ab eis deficit, vt prudenter, ac doctè obſeruauit Dominus Maginus in primo Mobili poſt exempla directionum præalligata. Et hanc poſitionem eſſe phyſicam, & veriſſimam declaratur; hac analogica ratiocinatione. Sicut ſe habet motus Solis naturalis, qui tunc eſt diurnus, ad vnam integram reuolutionem primi Mobilis diurnam; ità ſe habet motus Solis naturalis annuus ad vnam integram primi Mobilis reuolutionem annuam. Ergò à permutatis terminis. Sicut ſe habet motus Solis natutalis annuus, ad vnam integram reuolutionem diurnam, ità ſe habet motus naturalis Solis, qui tunc eſt diurnus ad vnam integram reuolutionem annuam. Vtraque ſimilitudo eſt clara; nam prima ſimilitudo eſt inæqualium; ſecunda

est æqualium ; vtraque in genere mensuræ eiusdem rationis. Ergò patet ex his quod motus Solis, qui nunc est diurnus habet proportionem ad motum annuũ Solis.

Sed dices cum motus Solis diurnus sit modò maior, modò minor vno gradu, qua ratione dicit Ptolemæus, pro quolibet gradu, accipe vnum annum? Respondeo, quod motus æquatoris consideratur dupliciter, primò in ratione motus eiusdem æquatoris, & hoc modò non intellexit Ptol. dicens pro quolibet gradu. Secundo consideratur in ratione temporis, quod metitur motum Zodiaci, quia semper motus æquatoris, vt tempus metitur vnum gradũ Zodiaci, siuè sint in Æquatore motus vnius diei m. 57. siue 60. siue 64. semper in ratione tẽporum referunt vnum gradum Zodiaci motus, & hoc modo intellexit Ptolemæus. Quæ res potest illustrari hoc exemplo. Ponamus quod pro re mensurata fiant decem passus, modò citissimè modò tardissimè, & velocitas, vel tarditas, vt mensuræ temporis semper mensurabunt decem passus. Ideò dicit Ptolemæus, pro quolibet gradu, idest Zodiaci mensurato à temporibus æquatoris accipe vnum annum, ex ijs gradibus scilicet, qui colliguntur in directionibus per horaria tempora, quæ originem habent á motu Zodiaci, cuius gradus ratione temporis proportionem habet ad totum annum Solarem, & est vna pars ex 365. diebus.

Vel dici potest, quod Ptolemæus, dicens pro quolibet gradu accipe vnum annum statuerit terminum medium, sicut ad Conditorem Artis decebat ; cum enim motus diurnus Solis, modò sit vnius gradus, modò plus, modò minus, & euentus non promoueantur absque concursu

pro-

progreſſionum, annuarum, vt dictum eſt ſuprà in calce præcedentis, ſtatuit vnum gradum, tum quia eſt terminus medius, tum etiam, quia vt in pluribus eſt motus diurnus Solis, vel proximior motui diurno. Ita Galenus lib. 3. de Dieb. decret. videns, quod poteſtates dierum criticorum fiunt ex peragrationibus Lunæ ad angulos plenos, ſeu in quadrante completo, quem Luna velociſſima perficit ſexta die; media, ſeptima die; tardiſſima octaua die; ſtatuit diem criticum, diem ſeptimum, quia vt in pluribus, in eo completur Quadrans, ſeu Angulus, & fit criſis, relinquens prudenti Iatromathematico obſeuationes exquiſitas. Ita Galenus ita etiam, & Ptol. Ex quibus omnibus patet reſolutio, cur Ptolemæus, dicat pro quolibet gradu accipe vnum annum. Et quæ quantitas motus congruat integro anno.

De fœcunditate Tabularum Regiarum, quæ continent.

DIſtinctionē Domorū ad mentem Ptol. per totā ferè Europā.
Horaria tempora omnia.
Horas poſt meridiem.
Arcus ſemidiurnos.
Horas inæquales.
Differentias Aſcenſionales.
Aſcenſiones Rectas.
Aſcenſiones deſcenſioneſque obliquas.
Modos dirigendi.
Per horaria tempora Ptolemæi.
Per Circulos poſitionum Ptolemæi.
Per numeros ipſarum Tabularum Regiarum tantum.

FINIS.

MACERATAE,

RECEDANT VETERA.

Ex Typographiæ Io. Baptistæ Bonomi. 1628.

Cum Licentia DD. Superiorum.

Erratorum correctio:

Pagina	*linea*	*errata*	*correcta*
13.	30.	3.	4.
14.	10.	per inde	perinde
15.	11.	quo ad	quoad
	15.	vnaqueque	vnaquæque
16.	10.	hec	hæc
20.	9.	conſturctio	conſtructio
	13.	vna quaque	vnaquaque
23.	9.	conſequenit	conſequenti
	25.	dulucidationem	dilucidationem
25.	25.	mathematicacarum	mathematicarum
33.	8.	canflatus	conflatus
45.	10.	opere pretium	operepretium
48.	7.	Aſtronumiam	Aſtronomiam
	19.	affirment	affirmant
	21.	Maceratetenſis	Maceratenſis
49.	18.	rationis	rationes
	24.	ammittitimus	admittimus
49.	5.	Aſtrologiam	Aſtronomiam
57.	9.	tedium	tædium
75.	10.	quas	quam
232.	in exemp.	in 1.2.3.4. ſubtracta	ſubtrahenda

MAGISTER F. HILARIVS ALTOBELLVS
SENIOR ETAT. LXVIII
ABSCONDITA LVCEO
IO. I. PELL. AS. SC.

DEMONSTRATIO OSTENDENS ARTEM

DIRIGENDI, ET DOMIFICANDI IOANNIS de Monte Regio nõ concordare cum doctrina Ptolemęi, atq. à ſupputationibus, & operationibus Phiſicis enormiter, & vndequaq. differre.

ADDENDA

LIBRO TABVLARVM REGIARVM

R.P. MAGISTRI HILARII ALTOBELLI INVENTORIS ad euidentiam ocularem earundem rerum, de quibus agitur in dicto ſuo Libro.

Audiens Sapiens ſapientior erit. Prou. Cap. 1.

FVLGINIAE.
Apud Auguſtinum Alterium. M. DC. XXIX.
D.D. Superiorum permiſſu.

Imprimatur.

Angelus Abbas Felicianus Vicarius Gener.

Ego Sebastianus Petronius Decanus, & Canonicus Cathedralis Fulgin. ex commissione Adm. R. P. Lectoris Fr. Io. Baptistę de Rubeis Romanis Ord. S. Dominici in d. Ciuit. Vic. S. Officij diligenter perlegi supra posítas demonstrationes addendas Tab. Regijs ipsius Adm. R. P. M. Hilarij Altobelli nihilq. in ipsas inueni contra santiss. fidem, nihilq. contra bonos mores.

Idem Sebast. qui supra manu propria.

Ex fide, relatione supradicti viri in arte Astronomię periti, conceditur vt inprimi possit.

Imprimatur.

Fr. Io. Baptista de Rubeis Romanus Ordinis Præd. Lector, & Vic. S. Officij Fulg.

ILLVSTRISSIMO ATQ. EXCELLENTISSIMO PRINCIPI D. D. IOANNI VDALRICO

Principi de Cromaù,& AEggenberg, Comiti Poſtoniæ, Domino in Rachaſpurg, & Hernhauſen; Aurei velleris AEquiti, Hereditario Stiiriæ Camerario, & Carnioliæ Pincernę &c. Sacrę Ceſareæ Maieſtatis Intimi Conſilij directori, & Supremo eorũdem Ducatuum Stiiriæ, & Carnioliæ Capitaneo.

AD Feraciſſimam Sapientiſſimorum virorũ nationem, tot Virtutum luminibus decorata, quot Cælum ſideribus, in exigua hac papiro, lucubrationũ mearũ fructus recẽtes, & nouiſſimos rerũ cæleſtiũ tranſmitto; ſed inter tantos Viros, ad te (Illuſtriſs. & Excell. Princeps) tãq. ad Primarium, & eximium

eximium eorundem fructuum optimi ſucci, ſaporiſq. Selectorem; & licet munus quantitate molis ſit nullius ponderis, Virtutis tamen tanti eſt, vt ad diuturnum temporis interuallum à multis deſideratum, à nemine deguſtatum fuerit. Terram fecundam huius generis (quã pro Cælo nunc vſurpare liceat) corrupit, & infecit olim Doctiſſimus ille Vir IOANNES de Monte Regio, non certè volens, vel ſciens, ſed ſpecie recti deceptus, duxit poſteros per tenebras, & fallacias; deditq. pro dulcibus Vuis labruſcas, & pro veris fructibus, poma vacua Agrorum apud Sodomam; externam nimirum apparentiam pulchram, abſq. ſolida intus ſubſtantia veritatis. Quam in præſenti ęmulatione ſpherica, oculis ſubiicio intuentium, & præſertim deceptorum, vt videant in poſterùm viam rectã per quam ambulent; vt ad hominum vtilitatem veros fructus colligere ſtudeant, atq. vana, falſa, mendaciaq. reiiciant. Cũ autem rei inuentio fuerit admodum laborioſa, nec non ſubtilis, ſublimis, rara, præclara, regia, perpetua, nouiſſima, Vnica Reipublicęq. litterariæ perneceſſaria, non erubeſco eam eliminare ſub glorioſa nominis nũcupatione Illuſtriſs. & Excell. D.V. quæ nobilitate propagationis, doctrina, eloquentia, prudentia, benignitate, affabilitate, & munificentia, tam inſigniter eſt decorata, vt fama per vniuerſam Europam ſe ipſam effuderit; quæ etiam promouit me ad intercedendum famulatum apud D. V. Illuſtriſs., & per munuſculum doctrinæ huius à me reſtitutę, tanq. per obſequium non indignum, eandem ſeruitutis affinitatem contrahere vehementer exopto, enixe, ſummiſſeq. rogans, vt dignetur inter minimos in albo me conſcribere ſeruum. Quemadmodum, & ego Deum opt. max. aſſiduè deprecabor in ſacramentali quotidiana oblatione, vt vitam diuturnam præſtet, & opera cuncta D.V. Illuſtriſs. proſpera faciat & fælicia pro vtroq. ſtatu. Dabantur Montecchij

In

In Piceno Italię. Anno a nato Filió Dei in vnione Hypoſtatica M. DC. XXIX. percurrẽte Sole gradũ ſigni 12. Virginis.

Celſit. V. Illuſtriſſ. ac Excell.

Submiſſus ac Deuotisſimus Seruus

F. Hilarius Altobellus

Eruditiſſimo, Sapientiſſimoq. Tabularũ Regiarũ inuentori P. Magiſtro Hilario Altobello.
Sebaſtianus Petronius Decanus, & Canonicus Cathedralis Fulgin. P.P.P.

IAm ipſe legi,& ſumma cũ voluptate perlegi,Vir doctiſſime,egregiã tuã demõſtrationẽ, cui tamen velim adderes,etiã ſi opus nõ eſſe videã,Card. auth. in cõment. Ptol. de Aſtror. Iudic. lib.1.cap.21, text. 64. vbi habetur,quod vſus latit. nõ debet adhiberi in ſupputationib. directionũ: quia redderent tẽpora fallacia, vel vana. Eclipt. etenim eſt origo, & radix omniũ influxuũ, qui deferuntur per Luminaria, & per planetas, & fixas ad inferiora: ſicut à corde hominis exeunt, tanquã à fonte, ſpiritus vitales, per epar, per ſplenẽ, per felẽ, & per alia orificia. Ita omnia ad Eclipt. referuntur, tanquã ad principiũ. Ideo diriguntur tantũmodo gradus Eclipt. in quib. primo principaliter, & per ſe inſunt ſignificata, non conſiderata latit. quo ad tẽpora: ſed ad id quod occurſat, & quod moderatur, vt docet idem Ptol. lib. 3. cap. 14. text. 40. de Iud, Quæ nunc tibi ſignifico, quæ tua eſt humanitas te æqui boniq. facturũ: interea ſcito te à me meritò obſeruari, & coli, ſicuti debeo. Dat. Fulg. pridie Kal. Octob. 1629.

P. MAGISTRO HILARIO ALTOBELLO

Regiarum Tabularũ Inuentori, eruditissimo ac sapientissimo Venantius Argenteus Camers P. P. P.

ISISTI Ad me Tabulas Regias, vere Regias. ò te semper Altum, Bellum, Hilarem? Hilarem quòd Peregregia quòd excelsa inueneris: bellum quod ista senili ætate perbellè te habeas altum quòd nihil nisi altum ac sublime cogites excogites: Suspicitur nec ne aliud Astris sublimius? Quamobrem admirandi mihi haud præbetur ansa cum famam nomenq. tuum non modo extra Italiæ limites apud Germanos, apud Gallicos, & Hispanos, Verùm etiam vsq. ad Atlanticos orbes extuleris. Astronomicis enim doces rationibus nec Naturæ, nec Ptolemaicæ Doctrinæ consonum, in directionibus vllo pacto adihibendam latitudinem. o quam probe dicis, ò quam rite scribis. Quicumq. vero contraria est sententia (pace tanti Viri dictum) in re Mathematica lethaliter labitur, etenim Ptolemæum Astronomorum Præsidem asserere, generica dumtaxat prodidisse præcepta precipuaq. Astronomiæ professorum arbitrio tradidisse, satis non est. Id namq. a Ptolemæo jis in rebus factum animaduertimus, quę ex parte rei (vt Mathematicis verbis vtar) incompossibilitatem dicunt. Nimirum in variarum Regionum institutis, in seminum, educationisq. varietate atq. in Planetarum conglutinatione, hisceq. in similibus Aphorismis vniuersalibus vsus est Dogmatibus. Cum vero ad Indiuiduorũ deuenit exempla, generibus vsum esse documentis, vti in directionibus fieri solet, in quibus secundum ad primum locum dirigendi exemplum tradidit; cum grauissima totius Astrologię lesione perhiberetur. Idq. per Ecclypticæ Gradus enucleauit (hac profectò gradiendum est via) non quòd simplices Ecclypticæ Gradus dirigendos sentiamus at quoniam in eisdẽ Hylegia, vt puta significatores re vera inueniantur qui admittunt quandoq latitudinem, quandoq. autem amittunt. Sed quoniam Gradus, vbi commorantur, sunt dirigendi, propterea de ipsis Hylegijs quæ antea dirigenda dixerat nulla facta est mentio. Hinc latitudine exemplum non cepit. Latitudo enim hac in re non exigitur sin autem exigeretur, Aphorismum aliquod vel Dogma Posteris commendasset. Nam cum primaria existat Astrologiæ pars directio Artis institutori, ac conditori exacte ac diligenter Directiones docere parerat. Quis igitur asserere audeat hac in re Ptolemæũ errare potuisse? Extitit quidem Homo, & humani a se nil alienum putauit (non tamen errauit) quoniam si hac errasset in parte cum hic sit totius Artis scopus, procul dubio in toto errasset. Nosti, qui cadit a fine a toto cadit. Ceterum si absq.

Ptolemæo,

Ptolemæo, vt homo erraſſet Ptolemæus, error eondonari potuiſſet, verum hac tẽpeſtate cũ Ptolemęo errare, neſcio equidẽ quid dicendum ſit; nec ſi ſciã dicere auſim, ne eos ſcriptis lædã quos de re Mathematica optime meritos fateor.

Agè ad domos noſtra ſe vertat ſententia. De Domibus, non eſt cur aliud pagellæ appingatur pręter quam quod abſte eruditisſimè dictum eſt. Cap. 2. de ſignificatoris Diſtantia quinq. Graduum, e ſequentis domus cuſpide, vbi Authoritas commutatur quod quidem, cum in Vitæ humane Genere, quid grauisſimum ſit, Regię Tabulæ tuo iuſſu typis commiſſe omnium ſermone laudatisſimæ, Ptolemaicę Menti atq. eiſdem Naturę Motibus valde quadrant. Quo circa alias domos, que hucuſq. excogitate ſunt, ad artem non attinere fatendũ eſt, Licet autem Domus, que ex celeſtis Anatomiæ Auctore repertæ ſunt quoquo modo adhiberi poſſint; aliquod tamen in eis ſemper erit fallacię diſcrimen vti idem libri Author, & cognouit, & faſſus; quemadmodum etiam patet tuo lucidisſimo in tabularum Regiarum ſpeculo pagina 48. atq. in Tabulis condendis ex fractionum negligẽtia, maiores emergunt, errores. ideo perperam vocantur Ptolemaicæ, & cum iniuria Authoris Anatomiæ cęleſtis primi inuentoris quarum conſtructionem facilem docuiſti pag. 31.

Non inſeruio auribus, mi Hilari. Hæc namq. omnia non ſemel tantum diſceptata ſunt ex doctisſimis viris; vt puta ex Abbate Felice Syluestrio Cingulano Perusinæ Rotę Auditore; ex eruditisſimo P. Lectore Hiacynto Frenato, Domenicano Fulginei Epiſcopi Theologo, ex Excellent. D.D. Horatio de Simeonibus Aquilano, ex Iuliano Petronio Fulginate, Franciſcoq. Amico AEſino, permultiſq. alijs, quos ſilentio percurro, ne Catalogum ordiri videar. Pyrrum tamen Colutiũ Conterraneum tuũ Mathematicarum Artium Profeſſorẽ celeberrimũ, ac Aldobrãdini Cardinalis Medicũ Primariũ nullo quidẽ pacto tacitũ relinquã, qui, quotieſcumq. Montem Regium nominaret, indignabundus nominauit.

Perge igitur vt cæpiſti. Adde Regijs Tabulis Aſtronomicam Demonſtrationem ingenioſisſimam tuo Marte conſcriptam. ſic totius Aſtrologię Argus nunc upaberis, habeberis. Vale, & puta me Linceũ factum tuis in Tabulis perlegendis, peruolutandis, meditandis. Hic vero ne dicat quiſpiam me nimis fauere Amico, magis enim veritate trahor, quàm familiaritate. Datum Camerini Kal. Sextilis. M. DC. XXIX.

TETRASTICON.

Alta canit Bellus ; nullis inuenta Magiſtris .

Sume nouum Princeps, quod tibi donat opus .

Quem ſpondet Nomen venatur Bellus, Honorem ;

Gratia ſit Bello . cætera tolle tibi .

VENANTIVS ARGENTEVS Camerini Cathedralis Eccleſiæ Canonicus Penitentiarius .

AD ASTRONOMOS ANIMADVERSIO

EN Restituo Vobis in sua puritate rectam veram, & naturalem, ac ad humanæ speciei vsum vtilem, Astronomiam supremi orbis Ptolemaicam, quam Doctissimus Vir Ioannes M. Regius, specie veri, corrupit non volens, sed non scrutatus quod Deus opt. max. disposuit Ecliptica in Coelis, vt esset origo, principium & radix influendi in inferiora, & inter ipsam ac stellarum orbitas communicantur vicissim vires, & virtutes, maiores vel minores iuxta latitudines ipsarum stellarum, quæ per accidens inducunt varietatem in variis locis, & gradibus insidentes; Ideo Arbitratus est solas stellarum orbitas tantum absq. aliqua cum ipsa Eccliptica affinitate deferre influentias ad inferiora. Id circo ex iudicio, & ingenio suo calculis egregiè, sed nimis inherens adinuenit vsum latitudinum, & suorum Circulorum Positionum (qui ab intersectionibus Meridiani, & Horizontis transeant per ipsa Stellarum corpora) in directionibus abhibendum docetq. dirigere gradum Eccliptice secundum latitudinem cum quo stella nullam habet affinitatem. Quæ inuentio est fallax, & vana atq. à doctrina Ptolemæi, & a numeris operationibusq. Phisicis omnino aliena, quemadmodum abundè enarrauimus cap. 12. & in tractatu de obuiationibus Syderum. Sed quoniam ex inuererato abusu, ac ex diù recepta fide, non prudenter, sapienterq. probata cultores huius artis adeò sūt addicti modo dirigendi eiusdem M. Regij vt negligant, vel nequeant intelligere veritatem & credere. Aliqui autem sunt, qui veritatem non solum ex prædicta enarratione percipiunt, verum etiá ex ipso Ptolemæi textu: tamē ad tutandā eorū bonā opinionē apud artis studiosos comparatā, ex suis libris iam pri-

Nota quod prius fuit creata Ecliptica quā luminaria & alia Sydera.

dem editis iuxta doctrinam M. Regii, eandem vna cum reprobata à nobis diuisione domorum eius per euidentes demonstrationes, nouissimè imprimere faciunt, & edere non prospicientes vtilitatem publicam Tironesq. cum artis dedecore adhuc per tenebras deducere non curãt, Quinimo audent (quod a temporibus Ptolemæi nemo ausus est) eundem Ptolemæum artis conditorem & principem apud omnes nationes, affirmare ipsum potuisse enormiter errare, ac errasse in re grauissima in obiecto primario, in fine a se præstituto, necessario, & eidem præferre Ioannem de M. Regio plurium suorum librorũ interpretem, atq. ex sua disciplina discipulum vel certe præferre se ipsos. Rationes verò, & exempla vel experimenta, quæ addiciunt sunt nullius ponderis, fallaces fallacia, ita vt si præmantur nullũ dabunt succũ. Vrgẽt autẽ cum detractionibus, & probris quibuscum non est ferenda doctrina, sed ocymon, quod Plinius docet cum maledictis, & probris ferẽdum quoniam postea gignit scorpiones, & consilium S. Apostoli est, vt loquamur sapiẽtiam inter perfectos, & non inter maledicos; nõ. n. est veritas adeò manifesta, quæ a viro ingenioso non possit quoquo modo abscondi, etiam cũ laude, addere autem iurgia indignissima res est viro sapienti, nos verò laudamus viros doctos in suis inuentionibus, & laborib. in quib. laude digni sũt, in ijs vero, quæ phisicis causis, & rationib. aduersantur, ac authoritati doctrinæ, & præceptis Summorum Artificum laudare nefas; & ideo reiicimus, damnamus directiones M. Regij & constructionem domorum ab eo probatam. vt fecimus cap. 2. & 12. atq. ad irrefragabilem euidentiam libuit addere hanc demõstrationem, vt quot quot habent oculos, videant veritatem oculata fide.

Ignarantia vel temeritas est dicere Ptolem. erasse in hoc.

Non sunt laudandi, qui vsurpãt alienos labores.

Qui conuincũtur etiam per innumeras experientias factas a Sixto ab Heminga Medico, & Mathematico, hic enim scribẽs aduersus Astrologiam assumpsit exempla triginta geniturarum virorum Illustrium, & disquirens euentus singularum seu in singulis, cum directionibus M. Regii, atq. à calculis enormiter aberrare vel vanos inueniens in omnibus (excepta prima) coneludit, ergo Astrologia est falsa, cum etiam ipse esset de numero deceptorum à M. Regio, debebant, enim con-

cludere

cludere vbiq. ergo ars dirigendi, ac domificandi M. Regii eſt vana, & fallax. Id ipſum expertus eſt P. Alexander de Angelis, ex Soc. Ies. aduerſus Aſtrol. Quibus experiẽtijs innititur, & corroboratur hęc ſcientia, & non pulchris, ac multis rethoricis verbis cum in eis non acquieſcat Philoſophus, neq. in ingenioſis, & prolixis ſpeculationibus, dicebat .n. Euripides quod ad exprimendam veritarem ſufficiunt tria verba. neq. enarrationes æquipollent demonſtrationibus Mathematicis, quemadmodum oſtendit ſequens æmulatio ſferica. Quibus ſi hæc omnia nõ ſufficiunt neq. plura ſi adderẽtur ſufficerent.



Figura Spherica ad extſtimationem delineata ſed ſufficiẽt ad oſtenſionem rerum poſitarũ ac ſi exquiſiti faſta eſſet.

Sit Orizon ABCD. AEquator A AR C. Meridianus B.D. Eclipriça A MC C. Polus Mũdi m. Polus Zodiaci zzzz. Circuli Poſitionum Ptolemæi z. .n. K. & Γ. f. g. & z. r. c. atq. Θ ę. E. & Q d. Y. Circuli autem poſitionum M. Regij B. L. q. M. D. &

D.& B. P. i. D. atq. B. F. y. D. & B. p. D. & AR centrum figuræ Aſcenſio Recta, & MC. Cæli Medium figuræ.

Sit autem orbita Lunæ, vel alicuius ſtellæ .t. cum latitud. Boreali 4. gr. cuius verus gradus Zodiaci, in quo intelligitur eſſe, erit .u. abſq. latitudine, & eius aſcenſio obliqua .n. & gradus Zodiaci cum latitud. erit x. cuius aſcenſio obliqua erit q. Similiter ſit orbita Lunæ, vel alicuius ſtellæ in S. cum latitudine Auſtrali 4. gr. cuius verus gradus Zodiaci in quo intelligitur eſſe, erit .a. abſq. latitudine, & eius aſcenſio obliqua erit f. & eius gradus zodiaci cum latitudine erit V. cuius aſcenſio obliqua eriti. Sit vlterius gradus Eccliptice .o. abſq. latitudine, in quo intelligitur eſſe Sol vel alia Stella in circulo poſitionis Ptolemæi z. r.c. cuius aſcenſio obliqua eſt r. & in circulo Poſitionis M. Regij h.

DE DIRECTIONIBVS.

AB initio tractatus De obuiationibus Syderum diximus quid ſit directio. Sed dicamus nunc iterum magis expreſſe. Directio eſt numeratio exquiſita Arcus AEquatoris, qui intelligitur moueri donec ſecũdus locus in zodiaco motu primi mobilis contra ſignorum ordinem perficiat iter vſq. ad primum locum. Exemplum.

Diffinitio vera Directionis.

Sit ſecundus locus .u. & primus locus ſit .o. interuallum autem ab .u. ad .o. eſt iter quod perficere debet ſecundus locus pro directione completa. Arcus verò AEquatoris numerandus pro gradibus annuis erit ab r. vſq. ad gradum AEquatoris, quem ſecuerit circulus Poſitionis Ptolemæi z. r. c. quãdo .u. locus ſecundus peruentus erit ad .o. locum primum, ſeu ad eundem circulum Ptolemæi, qui tranſit per .o.

Vide epiſtolam præcedentem.

Directionem autem huiuſmodi docet. Ptolem. ſupputare per numeros hoc modo, nimirum iubet accipi Horaria tempora Lunæ, vel Stellæ .t. in gradu Eccliptice .u. abſq. latitudine, & nõ in gradu .x. cum latitudine. Deinde iubet accipi diſtantia à meridiano eiuſdẽ ſecũdi loci in AEquatore ab .u. vſq. ad MC. abſq. latitudine, & non ab x. vſq. ad MC. cum latitudine. Poſtea iubet accipi diſtantia primi loci .o. vſq. ad MC. in AEquatore, iubetq. multiplicari hæc diſtantia

D. Argent. quod non docet diligere ſimplices gradus Ecclipticè.

o. MC.

.o. MC. cum horarijs temporibus ſecundi loci .u. Deniq. iubet diuidi productum per horaria tempora primi loci .o.& numerus quotiens applicari debet iuxta regulas traditas in primo modo pagina 222.vbi docuimus ſupputare directiones per Horaria tempora,ſemper abſq.vſu latitudinum, vt ſupra.

Eandem directionem docuimus expedire per Circulos Poſitionum Ptol. pagina 225. ſcilicet inueniendo circulum poſitionis Ptol. z. r. c. & in Tabula aſcenſionum obliquarum eiuſdem circuli inuenti accipiendo aſcenſionem obliquam primi loci in .r. & ſubtrahendo eam ab aſcenſione obliqua ſecundi loci in.n.in eadem Tabula aſcenſionum obliquarum & reſiduum erit directio quæſita concordans cum primo modo per Horaria tempora, vt patet in exemplis pag. 230. *Vbiq. abſq. latitudine.*

Supputatur etiam eadem directio per tabulas noſtras Regias, vt docuimus in tertio modo pag. 228. & concordat, vt ſupra,vt patet in exẽplis ibidẽ ſũt .n. conditæ per hor. tẽpora.

Id ipſum cõſpicitur in Aſtrolabio, ſi ponatur gradus Ecclipticus figuræ Coeli Medii in MC. & circũducatur rete, ſeu aranea donec.u tangat.o.ſeu circulũ poſitionis,qui erit linea horæ inæqualis vel eius conſimilis proxima, vel oppoſita, & numerentur gradus annuales in AEquatore ab AR verſus C. quando locus .u. peruentus erit ad .o. ſeu ad eandem lineam horæ inæqualis, vel eius conſimilem. Porro gradus annualis eſt is, quem oſtendimus loco vltimo pag. 243. Cum igitur omnes prædicti modi concordent, firmiter tenendum eſt,quod in ipſa natura ſit vna via ac perinde in arte vna tãtum via conſtitui debet ad æmulationem naturæ. *Ptol. lib. 3. Cap. 15.*

Eſt autẽ notandũ quod hor. tẽpora nõ debẽt ſumi ex multiplicatione duor. cũ dimid. quia non congruunt omnino,ſed vt docuimus Cap. de corret. Tabularum velut adiacent in Tab. Regiis ab eleuatione Poli 42. vſq. ad Pol. 45. incluſiue.

At Monte Regius in ſupputatione eiuſdem directionis cõmictit enormes errores, quoniam docet in primis inuenire circulum poſitionis loci primi B. h. D. qui nullam habet conſignificationem cum loco primo, niſi tranſitum arbitrarium. Secundo in Tabula obliq. aſcenſ. eiuſdem circuli accipit aſcenſionem obliquam in h. & ſubtrahit eam ab aſcenſione

obliqua

obliqua ſecundi loci in .q. quæ reſpondet gradui .x. vbi ſecundus locus non eſt. Ideo dirigit tantum orbitam Stellæ .t. ad circulum poſitionis B.h.D.& cõmittit duos errores, quorũ primus eſt quia nõ dirigit gradum Eccliptícæ, in quo ſtella eſt ſecundum longitudinẽ, & eſt conſignificatiuus cũ ipſa. Secundus error eſt, quia perducit orbitam Stellæ ad circulum poſitionis, qui nullam relationem habet ad Polos Zodiaci, neq. Phiſicè ad gradum Eccliptícæ primi loci. Etenim primus, & ſecundus locus mouentur ſemper, habita ratione ad polos Zodiaci, etiam cum latitudine, vt eſt .t. ſtella, quæ in ſuo motu habet analogiam ad .u. & hoc patet in omnibus Tabulis Latitudinum ſecundorum Mobilium.

Duo errores M. Regij.

Lege cautè Ptolem. d. loco.

Ex quibus ſequitur, quod directio M. Regij nihil operatur ſed eſt omnino vana, & enormiter differens à predictis ſupputationib. Ptolemæi, & noſtris. Preterquãquod Aſcenſ. obliquas, quas dicti Circuli conſignant, non probat Ptolemæus niſi in Circulo Orientis ab initio Cap. 15. quoniã inequalis inceſſus Zodiaci intermedius non poteſt exquiſitè metiri, niſi per horaria tempora, quæ dilabuntur à meridiano tanquam a termino firmo perpetuo, certiſſimo vt eſt ab AR verſus C, neq gradus huiuſmodi correſpõdent integro anno, vt docuimus pag. penult.

Directio M. Regij vana.

Sed accipiamus exemplum alterius directionis, in qua vterquè locus habeat latitudinem, vt ſecũdus locus ſit ſicut prius .t.u. & primus locus S. orbita ſtellæ cum latitudine 4. gr. &.a.gradus eccliptícæ in quo ſtella intelligitur eſſe. Docet Ptolemæus debere accipi horaria tempora, & diſtãtia ſecundi loci ſicut prius, ac ſimiliter horaria tempora primi loci iubet accipi in gradu Eccliptícæ.a.abſq.latitudine, & non in .V. qui eſt cum latitudine, & diſtantia à Cæli Medio ab .a. vſq. ad MC. in AEquatore abſq.latitudine, & non in .V. cum latitudine, & docet fieri ſupputatio vt ſupra in alia directione. In qua directione M. Regius errat ſicut prius, & amplius, quia locũ Stellæ S. facit in V. cũ quo ipſa ſtella nullã habet affinitatem, & communicationem propter rationes, iam dictas. Patet ergo quod Ptol. non aſſumpſit latitudinem in exemplis, & in præceptis excluſit, vt libro primo capit. de

applicationibus

applicationibus dicens in configurationibus non consideratur propinquitas Ecclypticæ quoniã radij vndecumq. mittantur ad centrum tendunt. Quæ verba sunt clarissima, & quomodo intelligantur ex antecedẽtibus vide cap. xii. circa finem. Rursus excluſit à supputationibus directionum latitudines dum in omnibus exemplis assumpsit gradus simplices eclypticè, cum prius in doctrina percipisset, dirigendos esse significatores ad planetas, qui semper ferè habent latitudinẽ & nullibi docuit, dirigendos esse gradus simplices ecclypticæ; hinc sequitur ipsum in exemplis excluſisse latitudinem vbiq. & semper in primis, & secundis locis, seu in significatoribus & promissoribus: Verũ neq. in progressibus annuis (absq. cõtrouersia) adhibetur usus latitudinum licet non sit maior ratio de illis quam de istis in suis motibus.

Hinc tot errores in Phisica Syderum dedecorarunt Astrologiam per duo ferè retro acta secula, & vlterius deterior facta est ex spurijs falsisq. domibus assumptis ab eo, vt ostendemus nunc in eadem figura.

DE DOMIBVS.

DOMVS Cæleſtis, quæ dicitur etiam Templum, iuxta Ptolemæi doctrinam, est interuallum ab vno Polo vsq. ad aliũ comprehendẽs in lõgitudine Spheræ duas horas inequales, quarum cuspides, seu termini sunt duo circuli transeuntes per eosdẽ Mundi Polos, vt in presenti figura .O.& Q. circuli ducti per .e.d.& E.Y.vsq. ad Polum Australem in qua includuntur omnia iura distincta à iuribus aliarum domorum ac extra suos terminos; cum diuisio omnium domorum fieri debeat habita ratione ad Circulum Zodiaci, cui subijciũtur omnia naturalia per generationẽ, & corruptionẽ ex influxu occulto prodeunte per motum ab eodem Zodiaco. *Vide Cap. 2. & 21.*

Domus autem iuxta Doctrinã M. Regij multum discrepat à domo Ptolemæi, etenim secundum ipsum Domus est interuallum ab vna intersectione Horizontis, & Meridiani vsq.ad aliã comprehẽdens in longitudine spheræ, duas horas æquales vt duo circuli concurrentes in B. & transeuntes per F. p. vsq. ad D. Quæ domus quantum ad interuallum ab vna intersectione ad aliam horizontalem, conuenit cum domo

Ptolemaica

Ptolemaica in Sphera Recta, sed differt quātū ad magnitudinē in longitudine sphere, quia domus Ptolemaica modo est maior, modo minor duabus horis æqualibus, nō in Sphera recta, sed in obliqua, & extra AEquinoctia, quare non solum nō distinguit iura vnius domus à iuribus alterius sed confundit, vt patet intuenti ad oculū in figura, & mutationē valoris, ac viriū in distantia quinq. graduū a cuspide sequenti iuxta doctrinā Ptolemæi lib. 3 cap. 15. nō cōsignat, sequitur ergo quod tam in primis, quam in secundis motibus omnia confundit.

Sed hoc in loco cautè obseruādū est, quod duplici ratione dicitur Sphera Recta, respectiuè nimirum & absolutè, primo modo respectu locorum, & habitatorum, quibus Poli mūdi coincidunt cum linea orizontis, eorum quorum Polorum nullus deprimitur, aut eleuatur, vt sunt degentes sub AEquinoctiali; secundo modo dicitur Sphera Recta absolutè, & per se scilicet, vt est solidum quoddam vnica superficie contentum, cuius medium non discrepat ab extremis, vt est circulus AEquatoris, qui æqualiter distat ab vtroq. polo Mundi. Quæ duæ spheræ Rectæ coincidunt degentibus sub AEquinoctiali, ac perinde concordant diuisiones Spheræ, seu domorū in duodecim partes æquales, quorum circuli transeunt iugiter per mundi polos, & per intersectiones Orizontis, & Meridiani. Sed intelligendum est, quod concursus eorundem circulorum fiant in dictis intersectionibus per accidens quia secundum quid, & non simpliciter coniunguntur polis mundi, qui in ipsa mundi sphera sunt separabiles ab eisdem intersectionibus; At concursus dictorum circulorū fiunt per Polos mundi per se quia fiunt in Sphera recta absolutè & per se, & ideo vbicumq. ponātur poli in sphera obliqua respectu locorum, & habitatorum cum semper si recta absolute est diuisibilis in duodecim partes, domorum; per Arist. primo posster dicens quod per se est tale, vbicumq. ponatur sēper erit tale, sed intersectiones predictæ non sunt per se tales, vt per eas transeant necessario circuli domorum, quia circumscriptis Zodiaco, & polis nullum ius influendi haberent, sed essent omnino vanæ. Verum eisdem intersectionibus circumscriptis adhuc concursus circulorum domorum fierent per mundi polos per se, & physicè.

Et



Et propterea circuli domorum, , & positionum Montis Regij sunt omnino vani duxerunt enim originem à Spera Recta ob concursum eorundem in polis mundi , & in dictis intersectionibus; & hoc ideo , quia Philosophi non sunt scrutati distinctiones prædictas, sed putarunt concursus circulorum domorum respicere intersectiones Meridiani , & orizontis primo principaliter , & per se , quod est falsum , & hac opinione decepti pleriq. & presertim M. Regius retinuerunt talem domorum diuisionem , quæ fit circa corpus spericum per accidens vt circuli concurrentes in B.&

D. & non circa corpus Sphericum per se vt circuli concurrentes. in zzzz. & ad circulum Poli Australis qui in hac figura intelligitur sub terra.

Denique pro complemento huius enarrationis est etiam obseruandum quod sicut dicitur Sphera recta dupplici ratione, ita pariter dicitur Sphera obliqua scilicet respectu locorum, ac habitatorum, & absolutè ac per sè; Primo modo est Sphera in qua alter polorum eleuatur vt ab m. & B. in figura alter verò deprimitur vt sub D. qui nõ cõspicitur in figura. Hinc Poli non cohincidentes, cum linea orizontis hæ duæ Spheræ obliquæ non habent comunem diuisionem domorum, vt de duabus Spheris rectis dictũ est, etenim Sphera absolute obliqua est ipsum corpus solidum vna superficie contentum, quatenus cingitur à circulo Zodiaci obliquo. Et quemadmodũ Spheræ rectæ absolutè congruit diuisio domorũ primo principaliter, & per se, ita & obliquæ Spheræ absolutè cum sit ipsum corpus solidum idem numero, quod per accidens ratione horariorum temporum obliquatur nõ coincidentes horæ æquales cum inequalibus sicut in Sphera recta. Quamobrem corpus Sphæræ obliquæ absolute diuidi debet in duodecim domos, non autem corpus Spheræ obliquæ per accidens, vt faciunt circuli concurrentes in B. & D. tum, quia talis diuisio conuenit Spheræ rectæ per accidens & non per se, ideo non retinet talem passionem, tum etiam quia inter diuisionem Spheræ rectæ per accidens, & Spheræ obliquæ per accidens oportet ponere differẽtiã sicut differentia est inter rectum, & obliquum, alioquin esset confusio, & propterea diuisiones domorum quas faciunt circuli concurrentes ad circellum zz. & c. sunt vere domus naturales, significatiue, æquales ratione magnitudinis duarum horarum inæqualium, & Ptolemaicæ vt ostensum est cap. 6. Aliæ vero domus, quæ hactenus excogitatæ sunt, & fuerũt in vsu sunt Spuriæ, & omnino alienæ a Ptolemæo, & ab hac scientia. Quæ omnia libuit enucleare vt intelligatur fundamentum Phificum doctrinæ Ptolemæi huius artis conditoris, & Principis.

Amplius in situatione Lunæ, & Planetarum habentium latitudinem, in angulis, & cuspidibus figuræ cælestis committit

maximos

maximos errores Astronomicos,& naturales etenim si reperta fuerit Luna vel alia stella cum 4. gr.latit. Borealis in Cæli Medio vt est.t. cuius verus gradus longitudinis in Eccliptica est .u. ipse M. Regius iubet poni x. in quo stella non est; neque gradū x. exhibent in Medio Cæli tabulæ domorum, non suæ non Ptolemaicæ non aliæ, sed omnes exhibent gradum u. sicut etiam in latitudine Australi 4. gr. S.ponit in Cæli Medio gratum .V.in quo stella non est sed omnes Tabulæ domorum exhibent .a. verum gradum in Coeli Medio ponendum. Id ipsum facit in situationibus Lunæ, & Planetarum habentium latitudinem in aliis cuspidibus, in quibus vult, vt intelligantur esse Planetæ in gradibus latitudinum, & non longitudinum vnde in figura facta non conspiciuntur primo intuitu, sed oportet inuenire eosdem gradus inconiunctos per suas tabulas,& hæc est cōfusio maxima vt cap.12. docuimus.

Amplius in Astrolabiis modernis ducūtur lineæ seu cuspides domorum M. Regii,& lineæ horarū inequalium, quæ sunt cuspides domorum Ptolem. ac ibidem conspicitur deuiatiō M. Regij a Ptol. ad oculū. Sed in Astrolabijs,antiquis Caldeorum,& Arabum non fiebant lineæ domorum M.Regii,sed tantum lineæ horarum ineqnalium domorum Ptolem. quorum vnum Arabicum fuit præmanibus meis ętatis plusquam sexcentorum annorum delineatum,vt dictum est, quia solum tales Domus Ptolemaice erant in vsu, & lineę latitudinum nullibi in Astrolabio designabantur, & tamen cū Astrolabio illa docta ac experta antiquitas perficiebant oē; operationes citissime, & in ictu oculi, quamobrē; inuentio domorum M. Regij in Sphera obliqua omnia confundit. Turba verò Astrologorū, quæ secuta est, & sequitur doctrinam M. Regii cum vanitate, vel saltem cum enormi fallacia euentuū non confunditur? Sed neq. Tabulæ nuper ædite, quæ vocātur Ptolemaicæ, attingunt mentem Ptolemæi, ita vt per eas discernatur Distantia quinq. Graduum a Cuspide sequenti, quēdmodum præstant Tabule Regiæ, quæ nihil omninò fal. lunt. Vt patet cap.6.& in exemplo subscripte Collationis in figura CM. 0. 0. Leonis sub polo 43.

Tabulæ Regiæ Ptolemæi Veraces.				*Tabulæ nouæ d. Ptol. Fallaces*		
G	M	S		G	M	
Domus XI	.3.	30.30	Virgo	. 4 .	o .	Virgo
Domus XII	.1.	54.59.	Libra	. 2 .	o .	Libra
Domus IX	.24.	45 .	Gemini	. 25 .	o .	Gemini
Domus VIII	.22.	27.	Taur.	. 23 .	o .	Taur.

Addamus tandē alium errorem circa Circulos Positionum M. Regij.

DE VIRIBVS STELLARVM IN SITV ACCIDENTALI.

SYdera exercent vires validiores in triplici situ scilicet essentialiter quando sunt in suis dignitatibus essentialibus vt in Domibus, Altitudinibus &c. deinde accidentaliter silicet quando sunt in Angulis, & in cuspidibus domorum tandem accidentaliter, & essentialiter simul silicet quando sunt in angulis & in cuspidibus domorum secundum Latitudinem longitudinem. Exempla.

Sit Luna in 10. gr. cancer. cum 5. gr. latitud. in Themate cæleſti, quando ascendit 10. gr. cancer. intelligitur ascendere cum luna secundum longitudinem, & quando 10 gr. cancer. non est in Ascendente precisè, & orbita, seu corpus Lunæ stringit orizontem ratione latitudinis, tunc Luna exercet vires suas cum impetu, de qua re dicemus postea rationem.

Amplius sit ascendens gr. 18. 38. Libra in quo est fixa Arturi primi honoris cum latitud. 31. 3. Boreal. Ad eleuat. Poli 43. gr. in primis ipse gradus ascendens cum longitudine stellæ essentialiter exercet vires suas cum aliquo excessu, sed prius orbita eiusdem stellæ stringit Orizontem cum gr. 6. libra Ascendente ratione latitudinis, & tunc fixa eadem exercet vires suas cum impetu, & sic de singulis.

Rursus quando stella secundum longitudinem, & latitudinem reperitur in augulis, tunc essentialiter, & accidentaliter

influit

influit cũ impetu maximo vt fixa Cor. Leonis existens nunc in gr. 24. Leonis cũ latit. 1o 27 minut. ferè, quæ dicitur fortior omnibus alijs quia caret latitudine, & non quia sit maior omnibus. Id ipsum sententiendum est de Planetis carentibus latitudine.

Declaremus nunc, quarè orbita stellæ habentis latitudinẽ sola reperta in circulo orizontis absq; gradu longitudinis tantum posſit, quantum dictum est, & non in circulis positionum intermedijs consimilibus.

Est obseruandum in primis quod, circulus Ascendentis nõ est in mente tantũ, sed etiam in re, ac in natura, & non est imaginarius, sed realis, diciturq. Clauis Coeli, & Horoscopus Solis, qui semper est in Eccliptica; Hinc propter affinitatem, quam habet cũ Sole locus ille orbita Stellæ in eo existens recipit virtutes, & vires ex Eccliptica per Solem. Rursus Orbita Stellæ in dicto loco existens absq. longitudine dicitur esse in ortu cosmico, seu mundano; & ideo operatur per lumen suum per accidens, sed fortiter, quia nascitur mundo. Amplius Angulus orientis potentissimus est vnde, suo actiuo influxu violenter rapit, & vsurpat qualitates, & vires Stellæ consurgentis tandẽ orbita stellæ per cõmunicationem retinet vbiq. vires, & virtutes gradus Eclipticæ in quo est secundum longitudinem fieri autem potest vt quando orbita tãtum tãgit circulum positionis Ptol. incipiat quasi pullulare influxus & postea grad. long. ad eundem locum perficiat, sed non in circulis pos. M. R. Sicut etiam Coeli culmen vbi stellarũ corpora absq. lõgirudine maximas vires exercent transit enĩ Meridianus per verticem regionis, & per muudi ac Zodiaci Polos, & Sydera in eo peruenta quæsi stant. Sed in cuspidibus domorum ad mentẽ Ptolemæi stellarum corpora, & gradus longitudinum earum existentes addunt quidem iuribus illarum domorum, sed non cum impetu, quia potentia, & dignitates cuspidum extra angulos non sunt pares cum angulis predictis.

De coniunctionibus verò fixarum, & Planetarum cum Luminaribus, & interse non est sermo præsentis instituti.

In Circulis autem Positionũ Montis Regij nihil omnino

operantur

operantur quod sit obseruatione dignum nec in cuspidibus domorum eius neq. orbitæ tantum stellarum neq. gradus longitudinum earum, tum quia cuspides non sunt veræ cuspides ex ostensione iam superius facta tum etiam, quia circuli Positionum eius sunt immaginarii tantum in mente, & non in re habent quidem similitudinem cum circulo Orientis in mente & non in veritate Phisica sicut ille nullam cognationē habentes cum polis Zodiaci nisi in sphera Recta, nequè cum gradibus Eccliptice nisi transitum arbitrarium.

Et inter circulos Positionū Ptol. & M. Regij est maxima distantia, vt est ab .n.q.& f. i.& r.h. ita vt ad eleuat. Pol. grad. 43. in cuspide Domus XI. differrant gr. 7.25. & in cuspide de Domus XII. gr. 6. 41. vt est. videre in tabulis eorum; Ptol. in hoc libro pag. 30. & M. Regij in suo libro post Tabulas Ascensionum obliquarum.

Tandem preterire non possū, quod non latuit tales Astronomos vires Stellarum in gradibus Zodiaci secundum longitudinem, absq. Latit. esse obseruandas in themata cælesti sed non in direstionibus.

Sed stante hac nostra demonstratione queri potest ab eisdem cur obseruanda est latitudo in directionibus? & non in Themate cælesti? vbi fundantur Directiones? & certè nullā causam poteritit afferre Phisicam, sed erroneam, sicut ostensum est.

Ex quibus omnibus liquet, quod vsus domorum circulorū Positionum latitudinum atq. directionum M. Regij corrumpunt totam artem ita vt ex his principijs, & mediis falsis a Sixto HEminga, & ab alijs vere ac iurè fuerit reprobata reiecta, & exposa Astrologia.

AD euitandum tedium Arithmeticæ ac ad voluptatem, Adinueni modum perficiendi, & absoluendi beneficio Circini, & regulæ tantum omnes operationes Primi Mobilis. acquirendi nimirum, omnes Ascẽsiones, & descensiones rectas, & obliquas ad omnes eleuationes polares. Directiones, declinationesq.&c.nec nõ horas vtriusq.temporis opus completum iam, sed non ad decentem formam redactum. dabo tamen operam vt eo quam primum perfruamini. VALETE.

FINIS.

Pane

Grave

18. Aprile —— P: 1:

10 Mag.o 5 — : 1 —

21 Mag.o — 5 — : — : 2

Nella prima parte
c'è un esportazione di
pezzi di tenta